73 Fol.
Misc.

AD LECTOREM f. B. de

Cum Cesarea maiestas accepisset, Candide lector quo
Germania varij errores surgerent contra fidem ortho
doxam, et doctrinam Catholicam, quibus populus
abduceretur, ab unitate ecclesie sancte incipere et
surgere et insolescere non solum in superiores suos
spirituales, sed etiam seculares, venit ad Comitia
Augustana que ante indixerat, ut audiret an ita se
res haberet iuxta clamorem et rumorem quem accepit.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

Non venit disputare de rebus fidei que tempestate ha
Luterani in controversiam traxerant, sed etiam errores
exortos clementi instructione, sopire et unitatem
ecclesie ruptam resarcire.

Audierat propterea principes Lutheranos cum nonnullis
civitatibus imperialibus illis adherentes, cum suis arti
culis, quibus rationem suae fidei et usus reddiderunt.

Quos comperiens in multis, a doctrina catholica deviare
et a praxi ecclesie sancte declinare, cepit adiutorio piorum
et eruditorum virorum illos clementer instruere,
admonere suorum errorum, obnixe rogans ut cederent
suis opinionibus, et cum catholica doctrina remanerent,
non scinderent unitatem ecclesie sancte, nec sic imperium
turbarent, que turbatio esset in periculum salutis
marum, et in iacturam rerum totius rei publice
ane.

Verum Lutherani sua tueri volentes, et nequaquam
instructioni cesaree maiestatis obtulerunt se ad
spondendum, at non sunt ad hoc admissi, quia non
pissimus imperator, antiquam fidem trahi in no
disputationem, sciens quanti periculi hoc esset

a

2745

Videntes ergo rem minime ad sua vota succedere, ceperunt indigne ferre, unde factus est quidam selectus personarum septem ex utraque parte, que quandam concordiam invenire tentaverunt quam cesaree maiestati cum principibus et statibus regni offerrent, at qui in hac concordia maiorem imperator reperit discordiam, ideoque refutavit eam. Propter quod quandam apologiam subordinarunt, qua saltem coram rudibus et simplicibus, et coram hijs, qui acta in Comitijs ignorant, fucum quendam et colorem suis erroribus quererent, et presumptioni sue consulerent

Sed quia argumentis veris quibus agerent, caruerunt hanc apologiam nugis, strophis, sycophancijs et quicijs replenerunt, ut saltem talibus agentes glaucoma, quoddam oculis obijcerent imperitorum, ut clare dabitur cernere, in hac nostra responsione. Quia denique etiam eius verba prosequar, ac repetam ut palam cernatur, qua modestia ac civilitate in personas pias ac ~~candidas~~ insolescat, et contra doctrinam catholicam, infera spargat comenta, ac figmenta, quibus adeo abundat et proffluit ut nichil supra. Quibus etiam adeo obtundit lectorem ut citra fastidium legi possit minime.

crudelitas

Cuum erit propterea candide lector singula perpendere ut iustum iudicium in re tanta proferre possis, Erigentiam passim lutherani cristas suas iactabundi, putantes et presumentes se hac apologia prevalere omnino posse Catholicis

Clamant pro suggesto concionatores eorum, ac si iam vicerint, at petulanciam illorum ferre minime debens meum erit in hac responsione efficere, quo eos tanti clamoris, et insolencie qua strepunt in pios incipiat penitere

Nam sum ignarus ego eorum, que acta sunt in Comitijs Augustanis, aderam enim non minus, quam author ipse apologie istius, cui me minime hipocratem exhibebo, si quid dixerit quod secus actum esse veritas habet

Etiam si quid dixerit (ut pluribus locis facit) quod catholice doctrine reluctatur et repugnat, quando hec est scientia sanctorum, et doctrina salutis, Cui qui obnititur et tem[illegible] reluctatur, impius sit necesse erit

Ut ne prefatio nostra longior sit quam par est, rem ipsam aggrediar, et primo epistolam ad lectorem, quam promitt auctor is, sue apologie, quam epistolam vocat prefationem. Precor aut Candide lector, ne offendaris verborum meo acrimonia, quando scis malum nodum, malum requirit cuneum, libenter temperatius scripsissem, si pre nimia petulantia et impudentia apologie licuisset

PREFACIO EPISTOLARIS

PHILIPPVS Melanchton lectori Salutem D.

Postquam confessio principum nostrorum publice prelecta est, Theologi quidam ac monachi adornaverunt confutationem nostri scripti, Quam cum Cesarea maiestas curasset, etiam in consessu principum prelegi postulavit a nostris principibus, ut illi confutationi assentirent

Nostri aut quia audierant multos articulos improbos esse, quos abijcere sine ~~sine~~ offensione conscientie non [illegible]

poterant rogauerunt sibi exhiberi exemplum confutationis
ut et videre quid damnarent aduersarij, et rationes eorum
reuellere possent.

Responsio

Theologi quidam viri boni, et eruditi, cum doctrina catholica
quam habet ecclesia sancta, que calumna et firmamentum
veritatis, apostolo authore, remanentes vocati sunt, ad conspi-
ciendum et examinandum scriptum vestrum, quod cum inue-
nissent multipliciter repugnare doctrine catholice, iussi sunt
adornare confutationem eius, quod et fecerunt amore quidem
veritatis, et ad tuendam pietatis salutaris sinceritatem, prout
incumbebat eis pro gloria, omnipotentis dei, et tuitione fidei
orthodoxe et vitae verae christianae

Sed quid tu despectiue inculcas monachos, quasi isti theologi
non fuerint, quasi his minus ingenij et eruditionis
necnon lectionis sit quam doctoribus secularibus ut vocant
Vellem mansuetius agerem, iuxta conditionem studij
tui, mi philippe, an non legeras aliquando hoc, litteras
et humanitatis studium prebere hominibus, quod a qua lupi-
nis sed forsan aequus est animus tuus, et si hoc minus
testentur innumere pene nuge quas in hac apologia in
nos commentaris

Postulauit Imperator quod iure facere habuit, ne scismata
essent, in imperio, et in ecclesia, que excitarunt tui monachi
exitij larnati et coniugati, quibus adheres, quo si nunquam
vidisses, sed in traditionibus paternis remansisses, melius
tuae, et famae et saluti consuluisses

Non est improbatus aliquis articulus tuorum principum

quem

quem sine offensione conscientie non potuissent abijcere, cum conscientia erronea, ad sanam instructionem deponi debeat et non continuari

Quod aut rogabat exempli exhibitio ipsius confutationis, non possum improbare, ac revellere rationes imperatoris, quas sua maiestas attulit, in sua pientissima instructione, non docuit ferre illum, quia non venit disputare, sed audire an ita esset, sicut de germanis dissentientibus in rebus fidei audierat quo audito suam instructionem fecit et iuxta prius dicta, et quid ultra facere debuerat

Epistola

Et in tali causa que ad religionem, et ad docendas conscientias pertinet, arbitrabantur fore, ut non granatim exhiberent suum scriptum adversarij

Sed non potuerunt hoc impetrare nostri, nisi periculosissimis conditionibus, quas recipere non poterant, nisi vellent se in discrimen certum conijcere

Instituta est aut deinde pacificatio in qua apparuit nostros unum onus, quamlibet in commodum, detrectare, quod sine offensione conscientie suscipi posset

Sed adversarij obstinate hoc postulabant, ut quosdam manifestos abusus atque errores approbaremus, quod cum non possemus facere, Jerum postulavit Cesarea maiestas ut principes nostri assentirent confutationi, id facere principes nostri recusaverunt:

Responsio

Tu multa de religione scilicet Christiana dicis, quam tamen cum tuis complicibus, vera impietate subvertere et delere molimini et nitimini. Si christiana religio unica est, munda et casta, cur scismata in hac excitatis, cum non manetis pacifice in illa, quid polluitis eam vestris

in lucem dabo, qui nihil curo commenta tua vel tuorum omnium, utcunque picta ac furata, quando et ipse in Comitijs eram, et scio quomodo res sit.

Epistola

Quomodo enim assentirentur in causa religionis scripto non inspecto et audierant articulos quosdam damnatos esse, in quibus non poterant Judicia adversariorum sine scelere comprobare, jusserant autem me et alios quosdam parare apologiam confessionis in qua exponerentur Cesaree Ma: causae quare non reciperemus confutationem, et ea quae obiecerant adversarij diluerentur.

Quidam enim ex nostris inter prelegendum, capita locorum et argumentorum exceperant, hanc apologiam obtulerunt ad extremum Cesarea Ma: ut cognosceret, nos maximis et gravissimis causis impediri, quominus confutationem approbaremus.

Verum Cesarea Ma: non recepit oblatum scriptum, postea editum est decretum quoddam in quo gloriantur adversarij, quod nostram confessionem ex scripturis confutaverint.

Responsio

Et quid dicis de scripto non inspecto, quasi non legerint et quasi ad eos non pervenerit, quod passim ad omnes quasi pervenit Judicia adversariorum tuorum, iuxta tuam fictionem, catholica erant, quae si tu cum tuis probassetis ex hac parte absque scelere fuissetis.

Videbitur autem in responsione ad hanc tuam apologiam, quales tuae et tuorum sunt causae, ob quas recipere noluistis confutationem, tales etenim sunt, quales et articuli vestri fuerunt.

Et quid vos miseri dilueretis, qui doctrinam pietatis quaeritis in imperitiam summam, qualis utique est quae abducit ab unitate ecclesiae sanctae, et a doctrina eius.

Oblatio autem vestrae apologiae facta Cesareae Maiestati, quantum putaveris risum piris moverit doctis, quos penes se habuit imperator inclitissimus, an putatis illum fuisse absque doct-

sue terre viris, qui non notauerint Imperitiam, iustitiam et stoliditatem
vestram In totius Germanie nostre confusionem, In cuius signum
euidentissimum non recepit Cesarea Maia oblatum scriptum vestrum
futilibus et inutilibus nugis refertum,

Non immerito gloriantur nostri quos tu aduersarios vestros fingis
quod vestram confessionem ex scripturis confutauerint, quia vere fecerunt
quod in eos ficte fecisse contendis, et ipse singulariter pro mea vnicu
feceram, nec angusta est michi vt idem hodie facere deo adiutore
possim et valeam

EPISTOLA

Habes igitur lector apologiam meam, ex qua intelliges et quid
aduersarij iudicauerint, et quod aliquot articulos contra mani-
festam scripturam spiritus sancti damnauerint

Tantum abest vt meas sententias per scripturas labefactauerint

Aduersarij sic agunt causam, vt ostendant se neque veritatem,
neque concordiam querere, sed vt sanguinem meum exorbeant,

Et nunc scripsi quam moderatissime potui, at si quid videbitur
dictum asperius, hic michi prefandum est, me cum theologis
ac monachis, qui scripserunt confutationem, litigare, non cum
Cesare aut principibus, quos vt debeo venerar

Responsio

Aduersarij quos tu tibi fingis viri boni et eruditi sunt
quibus tu impudenter imponis contra scripturam quippiam
damnasse, in quo iniuriam eius facis insignem, et cur non
iudicas articulos, in quibus hoc fecerint, cum ipsi et tibi et tuis
satis superque iudicauerint vbi pessime, a sinceritate fidei et
a doctrina catholica aberrastis

An putas tua dicacitate posse aliquando preualere veritati, si
veritatem amares, vt confidenter audio dicere, tot et tantas nugas
tuas ipse erubesceres

Et qualem concordiam possumus querere vobiscum, qui ab vnitate,

et

ecclesie catholice defecistis, et a doctrina eius nec solum recessistis sed etiam hanc impudenter impugnatis

Quod cum nos dixerimus, mox ostendimus vos neque veritatem quereri, sed sanguinem nostrum exorbere, si mica humanitatis in te esset, talia in viros bonos, qui nec tibi nec alicui male volunt euomeres minime.

neque concordiam

Laus tua aliquando preciosa erat in ore meo, atque speciosa ob tuam dexteritatem, que in te aliquando pollebat, at illos mores quibus nunc insultas insentibus, nec laudare, nec probare, vel possum vel debeo, placet tibi vel displiceat, mea non retulerit, qualis in me futurus fueris, quando putassem te alium fuisse virum quam te inuenio nunc et experior.

Litiges ergo cum theologis ac monachis nostris, quousque tibi et licuerit et placuerit, hoc autem ipse scio, te nunquam nugis tuis, commenticijs illis posse preualere, aut autem putas nos, nec cesarem, nec principes ut decet venerari, quando veritatem illis suggerimus contra tuam et tuorum pietatem, nos iudicio rem illam candidi lectores, cui saltem iudicium fuerit relinquimus, non laudamus nos atque efferimus, nec etiam vituperamus, quando hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis, iudicet et nostra et vestra totus mundus, nos parati sumus vobis in faciem stare, ubicumque hoc et coram quibuscumque hoc dictauerit et habere voluerit illorum auctoritas quorum interest rei huic consulere

Epistola

Sed vidi nuper confutationem, et animaduerti adeo insidiosam et calumniose scriptam esse, ut fallere etiam cautos incertis possit locis

Non tractaui tamen omnes cauillationes, esset enim infinitum opus, sed precipua argumenta complexus sum, ut extet apud omnes nationes testimonium de nobis, quod recte et pie sentiamus de euangelio christi

Non delectat nos discordia, nec nihil mouemur periculo nostro quod quantum sit in tanta acerbitate odiorum quibus accenses esse aduersarios facile intelligimus

Sed non possumus abijcere manifestam veritatem et ecclesie unctam quare incommoda et pericula propter gloriam christi, et utilitatem ecclesie preferenda esse sentimus, et confidimus, deo probari hoc nostrum officium, et speramus ex quo ora de nobis iudicia posteritatis fore

Responsio

Nec calumniose et insidiose scripta est confutatio, quando et ipse videram eam, compositum est ergo ipsa fallere posse quemquam in alio loco

Et quid dicis de cavillationibus, cum nulle sint ibi, sed omnia que tu cum tuis commentamini contra pietatem catholicam cavillationes sunt, et nihil aliud quam mere strophe et nuge, cuius nationes omnes egregie vobis dabunt testimonium

Si non delectaret vos discordia, cum unitate ecclesie sancte remaneretis, nihil mali volunt vobis, quos dicis adversarios vestros, qui cupiant omnes ~~vnd~~ ut ad unitatem ecclesie redeatis, missis erroribus vestris, causae quidem adversamur, personis aut non itidem

Et quid dicis vos abijcere non posse manifestam veritatem, an putatis Cesaream maiestatem esse vappam, que non capiat nec intelligat, strophas et technas vestras. Si manifesta veritas esset commentum vestrum, an putas Cesarem et suos non capere illam, quando et philosophi dicant neminem in foribus delinquere

Verba tua manifeste sunt nuge, propter quas digni estis, facti digna recipere, non ad gloriam christi agitis, nec quippiam patimini, sed in ostensionem vestre perfidie, quam non erubescitis preferre doctrine sancte matris ecclesie agit

Proficient aut vestre doctrine commenta, quantum illi profecerunt Joviniani vitclephi, hussij, et rocosanne, deliria, iuxta posterioris seculi iudicia, quod aperte inveniet, vos plus nocuisse ecclesie sancte quam quoscunque hereticos, qui fuerant huc usque

expla

Epistola

Neque negari potest, quin multi loci doctrine christiane, quos maxime prodest extare in ecclesia, a nostris patefacti et illustrati sint, qui qualibus et quam periculosis opinionibus obruti olim iacuerint, apud monachos canonistas, et theologos sophistas, non libet hic recitare,

Habemus publica testimonia multorum bonorum virorum, qui deo gratias agunt, pro hoc summo beneficio, quod de multis necessarijs locis docuerimus meliora, quam passim leguntur apud adversarios nostros. Commendabimus itaque causam nostram christo, qui olim iudicabit has controversias, quem et oramus, ut respiciat afflictas et dissipatas ecclesias, et in concordiam piam et perpetuam redigat

Responsio

Libenter unicum saltem audierem locum, doctrine christiane quem illustrassetis, et patefecissetis, quando plures et pene innumeros obscurastis, adulterastis, et extra sensum suum germanum torsistis, quod quia monachi, theologi, quos extreme odis, manifestum fecerunt, ideo tibi sophiste dicuntur qui nulla veritate agens, solis sophismatibus intendis

Et qui sunt illi boni viri, quorum testimonijs gaudes, quam qui tue sunt farine, qui tecum impietate infecti iudicant iuxta gustum et palatum tuum

Nec erubescimus nos causam nostram commendare christo, quam illa nostra ipsius, et ecclesie eius, quam vos dissipare laboratis, quasi ex corde amaretis ecclesias dissipatas, in concordiam redigi, ab impietate utique vestra recederetis, qua illas turbastis et dissipastis. Non redibit concordia pia, quo usque vos in vestra impietate permanseritis. Quo liquet vos esse vi bellantia, in quorum consilium non veniet anima mea

ARTICVLVS PRIMVS
apologiæ confessionis principum Lutheranorum

APOLOGIA

Primum articulum confessionis nostræ probant nostri adversarij in quo exponimus, nos credere et docere, quod sit una essentia divina, individua. Et tamen tres sunt distincte personæ eiusdem essentiæ et coeternæ, pater, filius et spiritus sanctus

Hunc articulum semper docuimus et defendimus, et sentimus eum habere certa et firma testimonia in scripturis sanctis quæ labefactari non queant

Et constanter affirmamus, aliter sentientes, extra ecclesiam Christi, et ydolatras esse, et deum contumelia afficere

Responsio

Articulus ille, quia catholicus est, recte a nostris probatur at confessio principum eum probat decreto Niceni, Sinodi et nullius meminit scripturæ cui concilio quantum tu cum tuo Luthero, detrahatis testantur scripta vestra, quæ et ipse protuli in responsione mea, ad illum articulum articulum ubi videantur, si cui placuerit videre vestram insaniam

Et quid est quod hunc articulum semper docuistis et defendistis cum nemo amplius sit in ecclesia, qui contradicat ei. Veteres heretici qui illi contradixerunt mortui sunt ante aliquot secula, quorum errores satis confutati sunt ab ecclesia

Si autem sentitis eum certa et firma habere testimonia in scripturis sanctis, cur tu nullum illorum profers, legit et Arrhius cum ceteris hereticis scripturas, et tamen hanc certitudinem et firmitatem non invenerunt

An

An autem ydolatre fuerant aliter sentientes nescio, cum non
Omnes Juvenia ~~[illegible]~~ heresim facere ydolatram. Quod si dederis, tu
magnus ydolatra eris, quando multas foves heresis
doctrinam catholicam impugnantes ut satis docebunt sequentia

Non facit catholicum, et fidelem, unus et alterum profiteri
recte fidei articulum, alias et arrhius ipse fuisset talis, qui
multos talium articulos ~~[illegible]~~ credidit, sed is talis dicitur, qui
cum ecclesia catholica credit expresse vel implicite ~~[illegible]~~ veri
+ omnes tatem salutarem, de quo fusius in responsione nostra ad
articulos principum.

ARTICVLVS SECVNDVS
est de peccato originali

Apologia

Secundum articulum de peccato originali probant
adversarij, verum ita ut reprehendant tamen diffi
nitionem peccati originalis quam nos obiter recitavimus

Hic in ipso vestibulo statim deprehendet Cesarea ma
no solum Judicium sed etiam candorem istis defuisse qui con
futationem scripserunt, nam cum nos simplici animo, obiter
recensere voluerimus illa que peccatum originis complectit
isti acerba interpretatione conficta, sententiam per se nihil ha
bentem incommodi, arte depravant,

Sic inquiunt sine metu dei, sine fide esse, est culpa actualis,
igitur negant esse culpam originalem

Responsio

Peccatum originis, adversarij quos fingis, esse quidem
probant, quid autem sit, nec tecum nec cum tuis conveniunt, et
sive obiter sive deliberate, diffinitionem peccati originalis
recitaveritis. Non est peccatum hoc, quod vos ipsum esse dicit
et diffinitis, ut bene nostri probant

Et sic in ipso vestibulo statim deprehenditur, qualem vulpem sub pectore rapido nutriatis, quia versipelles facti, quod vero dixistis nunc dicitis vobis obiter excidisse, quinimo quidem simplici citra quodcumque incommodum, quasi non capiatur versutia, quanto astu et dolo agere soleatis

quanta

Et nunquid non bene negatur culpam actualem nostrorum originalem culpam esse, video te multa prodigere verba, circa peccatum originale quibus tamen non omnibus assequeris, nec satis doces quid sit peccatum illud. Scimus diffinitionem esse orationem, indicantem esse rei, nondum autem vere apparet ex tuorum verborum syrmate esse illius peccati

Peccatum originale

Quantum ex scriptura colligi potest, aliud non est, quam peccatum actuale primi parentis, inquantum proli eius imputatur, a deo sic enim dicitur, ad Rho: 5. per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, in quo omnes peccaverunt

Et prima cor: 15 dicitur sicut in adam omnes moriuntur ita et in christo omnes vivificabuntur

Ex quibus clarum est peccatum actuale, ipsius ade dici in nobis originale, cum in nos derivetur ab illo

Pro cuius declaratione notandum est, deum fecisse hominem rectum, Ecclesiastes 7, que rectitudo fuit per donum gratuitum, quod originalis Justitia dicitur, quo caro suberat spiritui, et spiritus deo, sine rebellione, quod donum adam peccando amisit, et cepit in eo caro concupiscere, dicente christo, Joannis 3. quod natum est ex carne, caro est, quasi dicat carnaliter se habet iuxta naturam carnis

adversus spiritum reversa ad suam naturam que est concupiscere dicente

Et hec natura concupiscendi fomes dicitur, qui inclinat ad actualiter concupiscendum, qui fomes in peccatum reputatur, tanquam effectus peccati, Qualiter et eum vocat apostolus, quando ad Ro: 6. dicit Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius, Quibus tunc obeditur, quando quis ad inclinationem fomitis actualiter concupiscit

Dicitur et lex membrorum, iuxta illud ad Rho: 7. Condolector

legi

legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati quae est in membris meis

Quemadmodum autem Adam peccatum suum actuale hereditavit in nos, sic etiam hereditavit in nos sequentia, illud, ut carentiam originalis iustitiae, et fomitem ac iram dei, quae per gratiam baptismalem aufertur cum fomite, non quod fomes ille amplius non sit, sed ne amplius in peccatum deputetur, ut beatus docet augustinus

Reprimit quoque gratia illa fomitem ne tam potenter inclinet ad concupiscendum, sicut antea fecit, et sine illa faceret

Quibus liquet peccatum originale in nobis, nec carentiam esse originalis iustitiae, neque fomitem nec aliquid aliorum, quae sequuntur illa, quia haec omnia sunt effectus peccati originalis. Quod si tu scires non tam insano verborum syrmate citra peccatum hoc differes, nescius ipse quid dixeris, sed videamus reliqua

Apologia

Has argutias satis apparet in scholis natas esse, non in consilio Caesaris, quamquam autem haec cavillatio facillime revelli possit tamen ut omnes boni viri intelligant nos nihil absurdi de hac causa docere, primum petimus ut inspiciatur germanica confessio etc.

Sed latina descriptio potentiam naturae detrahit, hoc est dona et vim efficiendi timorem, et fiduciam ergo deum etc. Et quid hic reprehendi potest, bonis viris quidem arbitramur nos satis purgatos esse

Responsio

Nostri nullis hic utuntur argutiis, sed quod res est libere profitentur, tu autem recte insectaris scholas theologorum, quando in his enutus non es, sed in scholis bomolochorum

Consilium Caesaris veritatem sibi ostensam non exclusit, sed vestrum errorem manifestarium abiecit

Non est cavillatio, qua et tuus et tuorum error confutatus est, sed nihil nisi meri cavillistae, quibus tu agis in ostensione iustitiae tuae, qui cum nescias quid peccatum originis dicere debeas, pro illo suis uteris effectibus, et cur nullam scripturam hic adducis, qui alios sine scriptura non loqui sinis. Nisi quia nullam habes qua tuum fucare possis errorem

Discas prius quesumus philippe, antequam doceas, sed a quo nisi ab ecclesia catholica, cui medium virginem ostendisti. Notitia veritatis salutaris non est ex acrimonia ingenii hominis, sed ex revelatione spiritus veritatis, que fit parvulis, Math. 11. non prudentibus huius seculi, qui in mirabilibus supra se ambulant, qui alta sapiunt et non potius timent qui prudentes ad semetipsos, et sue prudentie initentes, non sapiunt ad sobrietatem, sed plus sapiunt, quam oportet sapere, scilicet circa et que sunt fidei et vite christiane

Certi sumus ex christi promissione, ecclesiam catholicam quam fide apostolica credimus sanctam, habere spiritum sanctum, qui illam illuminat et dirigit in rebus fidei et vite ~~christiane~~ ratione, cum paulus hanc 1. Thimo. 3. columnam et firmamentum veritatis vocat, ad quam in controversis confugiendum est, tanquam ad anchoram sacram, si saltem omnem intellectum nostrum iuxta pauli consilium captivare voluerimus in obsequium christi, audiendo potius et credendo illi, quam sequendo nostrorum capitum sycophantias et fictiones

Si latina descriptio, ut ais potentia naturae detrahit etc. quid aliud facit, quam quod te traducit, ~~de~~ non de peccato loqui originis, sed de effectu eius, hoc igitur in te hic potest reprehendi, qui sic te purgas satis tuam imperitiam bonis viris manifestas

Apologia

Sed postea ostendemus pluribus verbis nostram descriptionem consentire, cum usitata ac veteri diffinitione

Adversarii in scolis, fatentur male et vocant peccati originalis esse concupiscentiam, quare in diffinitione non sunt pretereunda presertim hoc tempore, cum nonnulli parum religiose philosophantur

Responsio

Pluribus te verbis agere, quam par est, satis docent scripta tua et arbores infecunde, quando fructus habere nequeunt, folia pro illis spargunt, quomodo ergo vestra descriptio consentiat cum veritate potius tibi videndum esset

Scholastici nonnulli materiale et formale fingunt in peccato originali, quos sue relinquo imaginationi, quando scripturam ipse sequens iuvenio concupiscentiam nihil peccati originalis esse, sed effectum eius superius dicta

iuxta X

Quam

Quam religiose aut tu hoc tempore philosopharis de peccato illo in foribus est, quia sicut cecus de ~~[illegible]~~ colore.

Apologia

Quidam enim disputant peccatum originis non esse aliquod in natura hominis vicium seu corruptionem, sed tantum servitutem, seu conditionem, mortalitatis, quam propagati ex Adam sustineant sine aliquo proprio vicio, propter alienam culpam.

Propterea addunt neminem damnari morte eterna propter peccatum originis. Nos autem ut hanc impiam opinionem significaremus vobis displicere, concupiscentie mentionem fecimus, optimo animo morbos nomina vimus, et exposuimus quod natura hominis corrupta et viciosa nascatur.

Responsio

Quid nobis de disputatione eorum qui impie sentiunt, quos non sequimur, et quid ad nos quocumque etiam significare voluistis hanc impiam displicere opinionem vobis, quando ostendere non potestis, concupiscentiam aliquid esse peccati originalis nisi effectum, qui sequitur illud.

hanc

Apologia

Extenuant peccatum originis, et scolastici doctores. Non satis intelligentes diffinitionem peccati originalis, quam acceperunt a patribus, et ideo non tantum concupiscentiam nominavimus, sed diximus etiam deesse timorem dei et fidem.

Hec parenthesis non habetur in apologia Marius.

De fomite disputant quod sit qualitas corporis, et ut suo more sunt inepti, quaerunt an qualitas illa contagione pomi vel an ex afflatu serpentis contracta sit, utrum augeatur medicamentis.

habetur in ea quam habeo ego: sed an extenuat 21

Huiusmodi questionibus oppresserunt principale negotium itaque cum de peccato originis loquimur, graviora vicia humanae naturae non commemorant, sed ignorantiam dei, contemptum dei, vacare metu et fiducia dei, odisse iudicium dei, fugere deum deum iudicantem, irasci deo, desperare gratiam habere, fidi rerum presentium.

Nos morbos qui maxime adversantur legi dei non animadvertunt scholastici

Responsio

Non extenuant scholastici doctores peccatum originis, ut tu de eis imprudenter mugaris, etiam quod non satis intelligant diffinitionem peccati originalis etc. Quando bene intellexerunt illam, loqui de effectu veri peccati originis, quod causa est carentie originalis et fomitis in carne, que multa alia sequuntur in homine incommoda

An autem sequantur defectus timoris dei et fidei non invenio cum multi etiam ex ethnicis timuerunt deum, et fidem ~~accepe-~~ ~~runt~~ susciperent antequam purgarentur a peccato originali, ut notum est ex scriptura de Naaman Syro, 4 regum 5, et de Cornelio actuum 10. Et quid dicitur de obstetricibus egiptijs exodi 1. utique dicitur de eis, ~~quod~~ timuerunt deum, et non fecerunt iuxta preceptum regis Egipti, quibus propterea bene fecit deus etc.

De fomite disputatio illa me parum movet, quando ex scriptura satis scio, illum aliud nichil dicere quam naturam carnis, cuius est concupiscere, ut supra satis est ostensum, hec natura carnis suspensa erat in creatione primi hominis per donum originalis iustitie, quo amisso rediit caro ad suam naturam concupiscendo ad spiritum, quod et psalmista insinuare videtur, quando dicit, homo cum in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est de illis, scilicet in carnaliter concupiscendo,

Scholastici varijs vijs et medijs veritatem quesierunt, quemadmodum et philosophi olim fecerunt, at homines fuerunt, quorum est humana pati, que sic in presenti aliquantisper passi sunt non ideo inepti dicendi sunt, cum non solum commendandi sint qui metam tangunt, sed etiam qui prope sagittant, Et qui occasionem alijs prebent, querende veritatis, et si ipsi plene non attigerint

Quam aptus autem tu sis pro tuo more, satis indicat sigillatio tua qua multus es ad insulescendum in viros bonos et eruditos

Gravia vitia humane naturae, utique commemorant nostri, quando tradunt naturam humanam rectam creatam,

ex

recidisse, illam rectitudinem per peccatum, ad cuius amissionem secuta sunt gravia naturae humanae vitia, quae in peccatum imputantur a deo iuxta superius dicta, an autem haec omnia quae tu hic recitas non invenio, et ut de uno omni loco dicam, quod est desperare gratiam, respondeo, quod si hoc verum esset, sequeretur ~~[illegible]~~ ethnicum et ~~[illegible]~~ Iudeum ad ullum, quaeri posse ad christianismum, quia ratione originalis peccati desperaret gratiam, qua desperatione in idoneum se redderet ad illius consecutionem

nullum x
nullum x

Sic et de quibusdam aliis argumentari possem, ut de irascibili deo, et de contemptu eius, sed transeo ne prolixior sim aequo, in rebus per se claris et notis, et ne etiam tibi pariter nimis videar

Apologia

Tribuunt naturae humanae integras vires, ad diligendum deum super omnia, ad facienda praecepta dei quo ad substantiam, actuum

Nec videntur se pugnantia dicere, nam proprijs viribus posse diligere deum, super omnia facere praecepta dei, quid aliud est quam habere iustitiam originis: Et si has tantas

+ vires
vires habet humana natura ut per se posset diligere deum super omnia ut confidenter affirmant scolastici: tunc quid erit peccatum originis
Quorsum autem etc. x

Quorsum autem opus erit gratia christi, si nos possemus fieri iusti propria iustitia, quorsum opus erit spiritu sancto, si vires humanae per se possent deum super omnia diligere et praecepta dei facere. Quis non videt quam praepostere sentiant adversarij

Responsio

Dilectio dei super omnia duplex est, una quae sequitur cognitio dei naturalem, qua cognoscitur esse summum et infinitum bonum et hanc cognitionem, quam et philosophi ethnici habuerunt, quae prohibet sequi dilectionem eius super omnia, cum res quam habet de entitate, tantum habet et de intelligibilitate. Et quantum habet de intelligibilitate, tantum habet de diligibilitate, etiam norunt et docuerunt philosophi ethnici, at illa dilectio iustificat, sed bene promovet, et perducit ad iustificationem, quae non est naturalis sed gratuita

Altera dicitur gratuita, que sequitur cognitionem dei per fidem gratia formatam, cuius gratie est formaliter, et effective iustificare iuxta superius dicta. et hec dilectio meritoria est glorie, quo patet

nos non tribuere humane nature integras vires ad diligendum deum super omnia meritoria, cum gratia radix sit merendi et forma virtutum, discernens inter vasa ire et filios regni. ut beatus tradit augustinus

Nec tribuimus per omnia vires integras, nature humane ad cognoscendum deum, et ad diligendum ipsum super omnia cum sciamus hominem descendentem de hierusalem, in hierichco incidisse in latrones qui illum sauciaverunt et spoliaverunt luce 10, sauciaverunt enim in naturalibus sed non penitus hec abstulerunt, spoliaverunt autem eum gratuitis, qui originali iustitia, et hijs que illam fuissent secuta

Tribuimus etiam humane nature vires ad facienda precepta dei, quo ad substantiam actus, quorum multa etiam ethnici sic servaverunt qui honoraverunt parentes, et nec furtum, nec homicidium, et huiusmodi fecerunt. Sed non quo ad intentionem precipientis, que est ut hijs mereamur, quod sine gratia non possumus, que ad Rho. 6. ideo dicitur vita eterna, quia ex illa meremur eam vitam, eo quod hec sit vestis nuptialis, sine qua nec homo, nec opus eius placet deo, ad consecutionem glorie eterne

Tu autem hic unius meministi scilicet quo ad substantiam actuum, et alterum tacuisti, sed quo ad intentionem sapientis, quod sophistarum est et impostorum. Quo sequitur te non videre, quam imperfecte distinguas, et quam insufficienter loquaris

Non dicimus nos pugnantia, sed optime sibi consonantia, ut satis liquet ex nostra distinctione. Et quis unquam dixit, quod precepta dei facere aliud non sit, quam habere iustitiam originis, cum hodie fideles in gratia existentes, faciant precepta faciant precepta dei, etiam ad intentionem precipientis, qui tamen non habent iustitiam originalem, eo quod hanc peccando adam perdiderit, pro se et tota successione sua, sed de hoc fusius infra

hanc X Unde non possum satis tuam admirari ignorantiam, immo plus tuam audacem temeritatem, qua sigillas quod ipse ignoras

Et quis ex nobis dicit quod iusti fieri possumus propria iustitia et non gratia dei, quid opus est tibi tantis agere nugis, an nescis que merces sit nugacis hominis, hec etenim est merces eius, et etiam cum vera dixerit sibi non credatur, Cuius autem non videt quam preposterum in nos agas, et quantum tibi detrahas, quando alios infamare qui tamen insontes sunt, laboras

Apologia

Sed postquam scholastici admiscuerunt doctrine christiane philosophiam de perfectione naturae, et plus quam satis erat, libero arbitrio et actibus elicitis tribuerunt

Et homines philosophica seu civili iustitia, quam et nos fatemur rationi subiectam esse, et aliquo modo in potestate nostra esse, iustificari coram deo, docuerunt, non potuerunt videre, interiorem immunditiam naturae hominum

Neque enim potest indicari nisi ex verbo dei, quod scholastici cum suis disputationibus non saepe tractant

Responsio

Dicas quaeso qui scholastici fuerint, qui admiscuerint doctrine christianae philosophiam de perfectione naturae, In iacturam scilicet illius doctrine, tu de philosophia loqueris quasi noxia sit illa, doctrine christiane, ac tu peritior sis apostolo, qui Rho: 1: tradit invisibilia dei a creatura mundi. (hoc est ab homine conspici per ea que facta sunt, hoc est ex creaturis, de quibus negocium est philosophiae, audio quidem te multa dicere, at probare quidpiam nihil conspicio,

Doctores scholastici non plus quam satis est tribuunt libero arbitrio, quia tribuunt hoc illi, quod ei tribuit scriptura, quia libertatem opponit, quia potest in utramque partem contradictionis. Iuxta illud Gen: 4. Sub te erit appetitus eius (scilicet peccati, et tu dominaberis illius

Et Esa: 1. Si volueritis et audieritis me, bona terrae comederitis quod si volueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos

Sic dicitur ecclesiastici 15. deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui, adiecit mandata et prae-

cepta sua. Si volueris mandata conservare conservabunt te

Apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrige manum tuam ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit ei dabitur illi

Nec solum de primo homine vera sunt illa, sed etiam de aliis, quia licet debilitatum sit aliquo modo liberum arbitrium in homine, non tamen totaliter est extinctum, ut luce 10. de parabola hominis descendentis de Hierusalem in Hierico etc

Nec plus tribuerunt actibus elicitis, quam satis et par erat quia non tribuunt illis meritum gloriae, nisi ex gratia eliciantur, que est radix merendi et forma virtutum

Et si deus sua bonitate actus illos elicitos ex gratia vult remunerare gloria, quis tu es qui prohibeas illum, an oculus tuus nequam est, quando ipse est bonus, an non liceat ei facere quod vult mat. Hei vigesimo

Nec docuerunt nostri philosophica, seu civili justitia, homines justificari coram deo, ut tu in illos nugaris, mirum quod non erubescis, tam patentibus strepere nugis, sed qui frontem semel perfricuit, non potest amplius pudefieri

Et quid dicis de verbo dei, quod illud scholastici non sepe tractent, cum omnia sua in illo fundent, ac ipso ea confirment, saltem ubi habuerint, quando non omnia sunt scripta, ut liquet ex Joannis Evangelio

Tu autem cum tuis quomodo verbum dei tractetis in foribus est, quia illud adulteratis, corrumpitis, extra sensum quoque suum nativum, pessime pro vestra perfidia fulcienda et coloranda torquetis, tanquam magistri mendaces, qui sectas perditionis inducitis, et tanquam operarii subdoli, qui vos cum sathana transformatis in angelos lucis

Vos multa ex paulo citare soletis, que difficillia sunt intellectu, sed illa tanquam indocti et instabiles depravatis, sicut et ceteras scripturas ad vestram perditionem, sequentes eo de quibus talia dicit petrus 2. petri 3.

Apologia

Hec fuerunt cause, cur in descriptione peccati originis et concu-

pi

pistencie mentionem fecimus, et detraximus naturalibus viribus hominis, timorem et fiduciam erga deum

Volumus enim significare quod peccatum originis hos quoque morbos contineat, ignorationem dei, contemptum dei, vacare metu dei, et fiducia erga deum non posse diligere deum

Hec sunt precipua vicia nature humane, pugnancia proprie cum prima tabula decalogi

Neque novi quicquam diximus, vetus diffinitio recte intellecta prorsus idem dicit, cum ait peccatum originis carentiam esse justicie originalis

Responsio

Si non habuistis alias causas parum vos profecisse iam cognoscitis, quando illas hactenus satis labefactavimus

Frustra autem significare tentastis peccatum originis hos morbos continere, cum nihil horum sit, et si nonnulli morbi secuti sint ipsum tanquam effectum eius

Concesso autem hec vicia esse nature humane, utcunque etiam pugnancia, cum prima tabula decalogi, non ideo convincitur quod sint peccatum originis, vel aliquid eius nisi effectus et

Utique autem aliquid novi dixistis, quando vetus diffinitio, quam vis citas, recte intellecta, non dicit prorsus idem, quod tu dicis, quando carentia originalis justicie nihil aliud dicit quam privationem doni gratuiti, quo spiritus hominis carnem suam habuit in manu sua, ne ipsi rebellaret iuxta superius dicta

At de diffinitione illa parum curae est michi, quando iuxta scripturam loquendo, peccatum originale non est carentia originalis justicie, si hec carentia effectus est, qui secutus est peccatum originis iuxta superius dicta

Quidam ex theologis nostris putaverunt peccatum originis in nobis non esse peccatum Ade, sed esse carentiam originalis iusticie, cum debito habendi illam, sed quia hanc Adam pro

se et nobis amisit dicimur in eo peccasse et mortuos esse, at quia nullam scripturam ad hoc sonantem habemus, ideo ipsum tanquam quoddam probabile relinquo in suo honore

At quia peccatum actuale, Ade, secuta est in eo illa carentia tanquam effectus peccati illius actualis, Ideo etiam in nobis est effectus talis, iuxta ea que diffuse dicta sunt superius, in hoc quod omnes in Adam peccavimus, cuius peccatum imputat deus et proli eius Et si est effectus peccati actualis Ade, quod in nobis originale dicitur, utique non erit peccatum originale, ut satis liquet ex dictis.

Apologia

Quid est autem Iustitia (scilicet originalis) Scholastici hic rixantur de dialecticis questionibus, non explicant quid sit iustitia originalis

Porro Iustitia in scripturis continet non tantum secundam tabulam decalogi, sed primam quoque, que precipit de timore dei, de fide, de amore dei, Itaque iustitia originalis habitura erat non solum equale temperamentum qualitatum corporis, sed etiam hec dona, Notitiam dei certiorem, timorem dei, fiduciam dei, aut certe rectitudinem et vim ista efficiendi

Idque testatur scriptura, cum inquit hominem ad imaginem et similitudinem dei conditum esse, Quod quid est aliud nisi in homine hanc sapientiam et iustitiam effigiatam esse, que deum apprehenderet, et in qua reluceret deus, hoc est homini dona esse data, notitiam dei, timorem dei, fiduciam erga deum, et similia

Sic enim interpretantur similitudinem Ireneus et ambrosius qui cum alia multa in hanc sententiam dicit tu ita inquit, Non est ergo anima ad imaginem dei in qua deus non semper est

Et paulus ad ephe: et ad Coloss: ostendit imaginem dei notitiam dei esse iustitiam et veritatem

Nec longobardus veretur dicere iustitiam originis esse ipsam similitudinem dei, que homini indita est a deo &c

Responsio

Et que sunt queso ille questiones dialectice, de quibus rixant scholastici hic quos ubique insectaris, et incessis pro tua humanitate et civili comitate

An non satis explicant quid sit iustitia originalis, quando dicunt et tradunt, hanc esse donum gratuitum, quo cohibebatur natura humana, ne in ipsa caro concupisceret adversus spiritum, nec spiritus adversus carnem, sed faceret ut caro subesset spiritui et spiritus creatori suo absque renitentia et rebellione

Hoc donum autem non erat gratia gratum faciens, quia in illa sicut nec angelus creatus est, sic etiam nec homo, sed erat quoddam donum aliud gratuitum, quod naturam humanam conservaret in rectitudine nature, secundum quam deus creavit hominem ne compararetur iumentis, et similis fieret illis in concupiscentia carnali

Supposito autem quod iustitia originalis habuerit concomitantes, que dicis, quid tum, et quid hoc facit, ad hoc ut peccatum originis sit carentia originalis iustitie, cum hec sit effectus eius, quo liquet nihil, ad scopum facere omnia, quorum mentionem facis et longe aliter de imagine dei in homine, loquuntur quos tu citas, quam tu loqueris. Num homo in gratia gratum faciente est ~~et~~ viva imago dei, et sine illa est mortua dei imago ratione illarum potentiarum, intellectus scilicet et memoriae, ut tradunt doctores catholici, cum gnomologo in sententiis suis, ad quem satis sit hic remisisse

quos X

voluntatis X

Apologia

Itaque vetus diffinitio cum inquit, peccatum originis esse carentiam iustitie, detrahit non solum obedientiam inferiorum virium hominis sed etiam detrahit notitiam dei fiduciam erga deum timorem et amorem dei, aut certe vim ista efficiendi detrahit

Nam et ipsi theologi in scolis tradunt ista non effici sine certis donis et auxilio gratie. Nos ipsa dona nominamus ut res intelligi possit

Notitiam dei timorem et fiduciam erga deum. Ex hijs apparet veterem diffinitionem prorsus idem dicere quod nos dicimus detrahentes metum dei et fiduciam videlicet non actus sed dona et vim ad hec efficienda

tantum

Responsio

Carentia iustitie originalis, que dicit effectum peccati originis qui sequitur hoc peccatum, non detrahit omnem dei notitiam et sed facit minus perfecte cognoscere illam, quam adam cognouit ante amissionem illius doni, carne quippe concupiscente aduersus spiritum, et eduerso, sequitur quedam obnubilatio in hominis intellectu et qua sauciari dicitur in naturalibus etc.

Theologi in scholis non dicunt quod tu eos dicere vigaris, sed auxilium gratie dicunt necessarium, si ista meritorie fieri debuerint, cum gratia sit radix merendi, vt dictum est sepe huc vsque

Quibus apparet te toto errare celo in rebus istis ad quem errorem te ducit libido sugillandi scholasticos theologos

Apologia

Eadem est sententia diffinitionis, que extat apud Aug: qui solet diffinire peccatum originis concupiscentiam esse

Significat enim concupiscentiam successisse amissa iustitia

Nam gratia, quia non potest deum timere et diligere, deo credere querit et amat carnalia, iudicium dei aut secura contemnit aut odit perterrefacta, ita et defectum complectitur augustinus et viciosum habitum qui successit.

Neque vero concupiscentia tantum corruptio qualitatum corporis est sed etiam prava conuersio cum carnalia in superioribus viribus

Nec vident quid dicant, qui tribuunt simul homini concupiscentiam non mortificatam a spiritu sancto, et dilectionem dei super omnia

Responsio

Si augustinus diffinit peccatum originis concupiscentiam esse, et significat concupiscentiam successisse amissa iustitia, quo non contradicit sibi ipsi, quia si amissa iustitia, successit concupiscentia

erit

erit amissio iustitie causa concupiscentie, et concupiscentia effectus illius. Si quispiam scholasticorum ita inepti ret, mox tibi sexhista explodendus esset.

Et si complectitur aug. defectum scz originalis iustitie et viciosum habitum qui successit quando finire potuit peccatum originis esse concupiscentiam

Non dico concupiscentiam corruptionem qualitatum corporis sed naturam carnis, cuius est concupiscere, dicente Christo Jo. 3. Quod natum est ex carne caro est, quasi diceret hoc naturam sequi cuius concupiscere

Monet aut caro superiores vires, ad condelectandum sibi in carnalibus, sed non necessitat eas, alias non diceret paulus ad Rho. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius

semp. Et si ratio deprecatur ad optima ut ethnicus philosophus dicit b. paulus ad ro. 7. vidit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. Si quoque caro non solum concupiscit adversus spiritum, sed etiam spiritus adversus carnem, ad Gal. 5. quo erit prava guersio ad carnalia semp in viribus superioribus

Quibus liquet te non videre qualia et quanta dixeris pugnantia, at verum est quod vulgo dicitur. Nos scilicet lippire in propriis, et linceos esse in alienis

Et quid dicis de concupiscentia non mortificata a spiritu sancto cum is hanc relinquat homini in exercitium, ut virtus in infirmitate perficiatur, ut paulo dictum est, 2 Cor. 12.

Dilectionem aut dei super omnia naturalem homini tribuimus ex suis viribus, sed non gratuitam, que meritoria est glorie iuxta superius dicta

Apologia

Nos igitur recte expressimus utrumque in descriptione peccati originalis videlicet defectus illos, non posse deo credere, Non posse deum timere ac diligere

Item habere concupiscentiam que carnalia querit contra verbum dei
Hoc est querit non solum voluptates corporis, sed etiam sapien-
tiam et iusticiam carnalem, et confidit is bonis contemnens deum

Non solum veteres, sed etiam recentiores, si qui sunt corda-
tiores docent simul ista vere peccatum originis esse defectus
scilicet quos recensui et concupiscentiam,

Sic enim inquit Thomas peccatum originis habet privationem
originalis iusticie, et cum hoc inordinatam dispositionem pari-
tiuz anime unde non est privatio pura, sed quidam habitus
corruptus

Et bonaven: cum querit quid sit originale peccatum recte: re-
spondetur, quod sit concupiscentia immoderata, Recte etiam
respondetur, quod sit debite iusticie carentia

Idem sensit hugo cum ait Originale peccatum esse ignoran-
tiam in mente et concupiscentiam in carne Significat enim nos
nascentes afferre ignorantiam dei, incredulitatem, diffidentiam
contemptum, odium dei

Responsio

Quid expresseritis, satis hactenus dictum est, ad fastidium
etiam usque, et quid opus est idem tam crebro repetere,
Satis brevi verbo responderam ego ad hec omnia, quod nihil
sunt ~~proprie~~ ipsius peccati originalis in sua substantia, quam expli-
quid x care debet diffinitio, que est oratio indicans, est esse rei
sed dicunt effectus concomitantes eos pro suo more iuxta
superius dicta

Et quid aliud ex Thoma habes, quam peccatum originis
habere privationem originalem iusticie, tanquam effectum &
Et si non ignorem tam thomam quam bonaventuram capere
peccatum hoc pro carentia originalis iusticie, quod re-
linquo abundare in suo versu, Et hugo cum illis
diffinit peccatum hoc non quo ad substantiam eius, sed quo
ad ipsius effectus &

apo..

Apologia

Et hee sententie consentiunt cum scripturis. Nam paulus interdum expresse nominat defectum ut 1. Cor: 2 animalis homo non percipit ea que spiritus dei sunt.

Nominat X Alibi concupiscentiam efficacem in membris et parientem malos fructus, plures locos citare de utraque parte possemus, sed in re manifesta nihil opus est testimonijs

Et facile iudicare poterit prudens lector has non tantum culpas actuales esse sine metu dei et sine fide esse, sunt enim durabiles defectus in natura non renovata

Responsio

Hee sententie non consentiunt cum scripturis, quo ad esse peccati originis, quod diffinitio debet explicare ut liquet ex dictis.

Paulus autem loquitur de effectibus peccati illius, ut Ro: 6. ubi loquitur de fomite quem nominat peccatum, non originale sed effectum eius

Sed quando dicit animalis homo non percipit etc nihil loquitur de peccato originali, sed de homine etiam pio, qui non habet exercitatos sensus, ad iudicandum spiritualia, ratione cuius ibidem dicitur spiritualem hominem omnia iudicare, non animalem ut habe Ebre: Arimimensis

Quod autem concupiscentiam nominat efficacem etc, non ideo facit quod velit illam esse peccatum originis, sed effectum eius potentem etc

Et quid esset si totam bibliam citares quando erras, circa scopum nesciens, quid sit peccatum originale quo ad suam essentiam

Apologia

Nihil ideo de peccato originis sentimus alienum aut a scriptura aut a catholica ecclesia, sed gravissimas sententias scripture et patrum, obrutas sophisticis rixis theologorum recentium

Repurgamus repurgamus et in lucem restituimus

Nam res ipsa loquitur recentiores theologos non animadvertisse quid voluerint patres, de defectu loquentes

Est aut necessaria cognitio peccati originis. Neque enim potest intelligi magnitudo gratiae christi nisi morbis nostris cognitis

Tota hominis iustitia mera est hypocrisis coram deo nisi agnoverimus cor naturaliter vacare amore, timore, fiducia dei, ideo propheta inquit, postquam ostendisti michi percussi femur meum, Item ego dixi in excessu meo omnis homo mendax, id est non recte sentiens de deo

Responsio

Nihil de peccato originis scitis, quod sit a parte rei, vel scripturas torquetis ad imperitiam vestram tuendam

Sed quid dicis de ecclesia catholica, quam non agnoscis, vel desinisti ab ea perfide lutherane adherendo, qua obrius veritatem tanquam sycophantijs, quibus pariter in theologos recentiores insolescis pro modestia tua

Res ipsa loquitur te non capere quid sit peccatum originis, de quo tot diffluis verbis otiosis, circa quod cum nullum veritatis fructum proferre possis verborum folijs luxuriaris

Si aut tota vita hominis mera hypocrisis est coram deo nisi quaelibet erat quaeso iustitia Naaman syri propter quem dominus dedit salutem syrie, qui nihil talium novit cum ethnicus esset, nihil sciens de rebus istis. Similiter Cornelij de quo habetur act: 10:

Nec loquitur propheta hiere: 31: de peccato originali, ut patet ex precedentibus quibus dicit, Castigasti me domine, et eruditus sum quasi iuvenculus indomitus, Converte me et convertar, quia tu deus meus, postquam enim converti me egi penitentiam. Et sequitur postquam ostendisti michi, percussi femur meum, Quis enim pro peccato originali penitere habet, 25 Sic docti sunt nasistuli, et scioli nostri, qui se solos doctos putant, et vero theologos, sophisticis rixis agere mentiuntur

Item dictum psal: Ego dixi omnis homo mendax, non necessario

exponitur de peccato originali Cum ecclesiastes 7. dicat Quod non sit homo iustus in terra, qui faciat bonum et non peccet,
Quo liquet quanta temeritate iactanticuli illi ludant in scripturis coram oculis simplicium, ut illis imponant ac ab unitate ecclesie catholice et doctrina eius, eos abducant

Apologia

Hic flagellant adversarij etiam Lutherum, quod scripserit peccatum originis manere post baptismum, addunt hunc articulum iure damnatum esse a Leone decimo, Sed Cesarea maiestas in hoc loco manifestam calumniam deprehendet
Sciunt enim adversarij in qua sententia Lutherus hoc dictum velit, quod peccatum originis reliquum sit post baptismum
Semper ita scripsit, quod baptismus tollat reatum peccati originalis, etiam si materiale (ut isti vocant) peccati maneat videlicet concupiscentia

Addit etiam de materiali quod spiritus sanctus datus sit per baptismum incipit mortificare concupiscentiam et novos motus creat in homine

Ad eundem modum loquitur et Aug: qui ait peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur, hic palam fatetur esse, hoc est manere peccatum tametsi non imputetur

Et hec sententia adeo placuit posteriobus ut recitata sit et in decretis Et quod Iulianum inquit Aug: lex ista que est in membris remissa est regeneratione spirituali, et manet in carne mortali, Remissa est quia reatus solatus est, sacramento quo renascuntur fideles, manet autem quia operatur desideria, contra que dimicant fideles

Sic sentire et docere Lutherum sciunt adversarij, Et cum rem improbare non possint verba tamen calumniantur, ut hoc artificio innocentem opprimant

Responsio

Iuste flagellant ut dicis, hic Lutherum, quos tibi fingis adversarios, cum nemini adversentur illi, nisi impietate

et peccati personę quidem amici sunt omnes, tamen aut non videm
Et nūc non arguerent peccatum originis, post baptismum remanere
rūm peccatum dicat impertanens dei ad gratiā, qui nō est post baptismū
ideo non peccatum, nim, et dicentes dicunt, dicit beatus Augustinus, et
tenemur. Quāuis aut concupiscentia post baptismum maneat, in pec-
catis et victus peccatrice, in infirmitate, tamen illa a plig non peccatum
non imputatur, dato enim q esset peccatum originale in nobis quemadmo
scholasticorum opinionem quam non ignoro

Est quod illo archiepiscopo ipse damnatus a beato Augustino, in quo
Cesarea maiestas millam calumniā, sed iustitiam inuenit

Non sunt ignorandi quod tibi adhuc sancios fingis, in gratiam sententia
Lutgeri nimis loquatur, de peccato originis, etsi nostrat terminū
et rem omnibus prius quid sit peccatum illud, post adventum
remissa peccata loquitur, quia peccatum originis non est, sed est
effectus eius, et liquet ex Augustino dicto. Probat aut contra
pistertam illam, quia ante regenerationem baptismalem, est pecca-
tum tanq effectus peccati, docet et precipere, peccatum dici, quod post
baptismum, et reiterandi ab inferis regni celestis, quod est
impertat manifestacia

Et quod dicit quia adhuc de naturali generatione sanctus datur
posse baptismum uniquat mortificare in eis peccatum sanctę in
baptismo, dicitur, quia gratia non tollit voluntatem sed in
gratia X sanat, quod, 1. roc. 10. dicitur fidelis deus est qui non patietur vos
tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione pro-
ventum, ut possitis sustinere, quando enim homo adhuc gratiae
dicunt tentationem, necesse autem aliquid illius gratiae quo sentiat

Sic dicitur ab exa. 8. qui generati dei dicuntur qui sunt filii dei
Sed qui agnitione generis dei, nisi qui in gratia sunt, et a delictis
mundati, nihil prohibet est quod de regeneratione non omnes
natum in homine dicit, quibus tantum ne nihil dicere videatur
cum hic Lutgero et omnibus vestre sectę, obstruca sunt omnia
quibus agitur, et quo talia non essent, quando relicta veritatis
lux, vox in tenebris impertatis audiretur

Et si beatus augs. dicat peccatum in baptismo remitti non ut non
sit, sed ut non imputetur, quo tu elicis post regenerationem

vo:

peccatum X

Sed illius effectus X sed amplius non est peccatum. X

B.

vocare, audes, quod amplius non est peccatum cum peccatum dicatur ab imputatione, fuit quidem peccatum non originale, quemadmodum pater mortuo filio, amplius non vere dicitur pater propter defectum connotati ipsius termini, quo deficiente deficit et suppositio eius, ut tradunt dialectici

Optime sciunt adversarii tui, ut tu illos vocas, quid senserit et docuerit tuus Lutherus cuius scripta testantur ipsum voluisse fomitem etiam post renovationem sacramentalem, adhuc proprie dici peccatum, nec peccatum equivocari in scriptura in quo aperte deliravit

Qua propter tua defensio qua illum tueris similis est facto quo mulus mulum scabit, ut est in paremiis. Innocentes ergo ambo estis et sine culpa, quemadmodum canes sine pulicibus sunt in tempore estatis

Apologia

At disputant concupiscentiam penam esse non peccatum Lutherus defendit peccatum esse

Supra dictum est Aug. diffinire peccatum originis quod sit concupiscentia. Expostulent cum Aug. si quid habet incommodi hec sentencia

Preterea paulus ait, Concupiscentiam nesciebam esse peccatum nisi lex diceret, non concupisces

Item video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, et captivantem me legi peccati que est in membris meis

Hec testimonia nulla cavillatione everti possunt, clare enim appellant concupiscentiam peccatum, quod tamen his qui sunt in Christo non imputatur. Et si res naturaliter sit morte digna ubi non condonatur. Sic patres citra controversiam sentiunt etc

Responsio

Concupiscentia fomitis post renovationem amplius non est,

B

peccatum proprie loquendo, quia id dicitur ab imputatione, erat autem tale peccatum ante renovationem, ideo male Lutherus defendit adhuc peccatum esse

Beatus autem Augustinus non definit peccatum originis, quod sit concupiscentia, sed vult fomitem esse concupiscentiam, qui fomes sequitur peccatum originis tanquam effectus eius, cum igitur beatus Aug: non sit contra nos, cur expostularemus cum eo,

Paulus autem loquitur de fomite qui ante renovationem imputatur in peccatum, sed non post renovationem, quando autem ad Ro: 6 et 7. vocat fomitem illum peccatum, improprie loquitur de peccato iuxta consuetudinem scripture, qua hec aliquid adhuc vocat, quod aliquando erat, sed amplius non est tale, vel aliquando alicubi fuit ubi amplius non est

Num exodi 7. dicitur de virga aaron, quod devoravit virgas maleficorum, et tamen tum virge non erant, sed serpentes et 1. Cor: 11. paulus de pane loquitur in eucharistia, qui tamen non erat amplius ibi

Hec testimonia tuam cavillationem testantur, qua niteris subvertere, verum scripturarum sensum

Quod autem in sequentibus dicis, Scholasticos docere hominem proprijs viribus posse mandata dei facere, et non addis quo ad substantiam actus, egregium agis sophistam. Superius satis explicaveram mandata dei a nobis servari non posse, quo ad intentionem precipientis sine gratia iustificante, et tibi autem tenebre placent, in quibus ambulas, ut sub tali nubilo rudibus et simplicibus imponas, sed quia de hoc locutus sum diffuse superius hec commenta tua, hominibus tue farine relinquo, qui magis nugas amant quam vere pietatis sinceritatem, unicum tamen adhuc adducam, quod dicis circa presentem materiam

Apologia

Hec arbitramur satisfactura esse Cesares Ma: de pueribus

et

et frigidis cavillationibus quibus adversarij articulum nostrum calumniati sunt

Scimus enim nos recte et cum catholica ecclesia christi sentire

Sed si renovabunt hanc controversiam, adversarij non defuturi sunt, apud nos qui respondeant et veritati patrocinentur. Nam adversarij in hac causa ex magna parte quid loquantur non intelligunt, sepe dicunt pugnantia nec formale peccati originis, nec defectus, quos vocant, recte et dialectice expediunt

Sed nos hoc loco noluimus istorum rixas, nimis subtiliter excutere, tantum sententiam sanctorum patrum, quam et nos sequimur, communibus et notis verbis duximus esse recitandam

Responsio

Non persuadebis Cesari has tuas nugas, pueriles frigidas et cavillatorias, quibus in veram insolescis et serepis pietatem, quibus pariter sugillas et columniaris scholasticos doctores pro tua humanitate lutherana

Si recte et cum ecclesia catholica christi sponsa sentiretis utique doctrinam illius, et praxim non abiceretis, quod quia facitis, ad hanc ecclesiam minime pertinetis, sed ad ecclesiam caprotinam, hoc est stercorariam, cuius doctrina ex hereticorum stercoribus est conflata

Ecce habes renovatam hanc controversiam, respondeas ergo tu vel aliquis tuorum qui velit, et non deerunt qui nugas tuas detegant, quibus patrocinaris, non veritati ut ais sed mere impietati

Optasti aliquando tibi occursurum sophistam, quo cum pro tuo ageres arbitrio, ecce voti compos factus, age que velis, is certe iam vilior est, in oculis suis ac humilior quam tu ~~[illegible]~~ verbis utcunque aculeatis, et calamistratis infamare possis, at periclitare ingenium tuum, et ipsum intrilidum habebis tibi occursurum

cum X

In hac causa tu magna ex parte, inventus es nescire quid loquaris, que aut pugnancia nos dixerimus, iudicare velis quantus nesis dialecticus, satis in re illa docueras, multa in alios dicere novisti, sed quia nugas non erubescis, perinde est tibi vel verum vel falsum loquaris

Et quid dicis de rixis nostris, cum nil solidi tu hactenus poteras proferre, gloriaris autem te recitasse sententiam sanctorum patrum, ego aut dico tibi, illorum sententiam te potius, pervertisse quam intellexisse, et recitasse. Redeas ergo ubi velis, ut de re illa explicatius possimus confabulari, quia sophistam habes, qui te exaudiet pro tua reverentia

ARTICVLVS TERTIVS

Est de duabus naturis in Chro

Apologia

Tertium articulum probant adversarij, In quo confitemur duas in christo naturas, videlicet naturam humanam, assumptam a verbo in ~~veritatem~~ unitatem persone sue

Et quod idem christus passus sit ac mortuus ut reconciliaret nobis patrem, et resuscitatus ut regnet, iustificet et sanctificet credentes &c iuxta symbolum apostolorum et Nicenum

Responsio

Et cur adversarij non probarent duas naturas esse in christo quando credunt eum verum deum, et hominem, quod esse non posset, nisi due nature in eo essent, divina scilicet et humana divina a qua dicitur deus, et humana, a qua dicitur homo

Sed quid tua, symbolis illis firmas, quando parum tribuis ambobus. Symbolum apostolorum hunc continet articulum Credo sanctam ecclesiam catholicam, quam si tu cum tuis crederetis sanctam, crederetis utique eam, a spiritu sanctificante illuminari et dirigi in fide, et vita ne erret in illis iuxta doctrinam catholicam, quam cum impugnatis, et peregrinam

intro

introducitis sanis ipsi docetis vos ad illam ecclesiam haud pertinere

Sed forsan dices: hanc non esse ecclesiam catholicam, quam nos talem esse dicimus, et que visibilis est. Sed tua ecclesia catholica invisibilis est, atque in spiritu est

Quid hic tibi dicam, nisi quod forsan tua ecclesia catholica in utopia est, dixeris velim ubi tua ecclesia fuerit, antequam nascer tuus lutherus, seductor tuus et germanus nostrus, an legeras quid paulus de ecclesia catholica dicit, act: 20: cum dicite vobis et universo gregi in quo nos nos spiritus posuit episcopos regere ecclesiam dei quem acquisivit

Nunc tu ipse in selectu Comitiorum auguste habitorum, coram ecclesiam catholicam, complecti bonos et malos, instar ne misse in mare etc Math: 13 et si tuus lutherus longe aliter scripserit de ecclesia catholica ut hanc subverteret, et hierarchiam hoc est sacrum principatum, qui in ecclesia sancta est, sub quo cucurrerit tempore apostolorum usque huc, de medio tolleret, eo enim omnia sua tendunt commenta, in ignominiam non solum summi pontificis, sed omnium prelatorum, quibus spiritus sanctus commisit et dedit regere ecclesiam dei christi, qui illam acquisivit, et lavit sanguine suo

Quid autem citas tu concilium nicenum, cum alibi pessime detraxeris illi, et ostenderam ego in responsione mea ad articulos principum. Tu cum tuo luthero, quales sitis concilia ecclesie non ignoratur, quando enim vobis commodant, adducitis illa, ubi autem contra suos fuerint, mox sunt humane traditiones, quibus spretis soli verbo dei intendendum clamatis, et quis putatis qui non capit technas vestras, quibus luditis. Si viri boni essetis constantes et stabiles remaneretis, sed quia vertiginis spiritu rotamini ~~nescitis~~ ubi pedem figere debetatis

nescitis X

Quod uno die dixeritis, mox pro altero pro non dicto haberi vultis, et sic in circuitu cum impiis ambulatis, ne pacem vel vobis vel aliis relinquatis, et quanta quesso varietas conspicitur in scriptis tui lutheri, quem sequeris, et tueris tanta certe ut antilogia in eum scribantur, quibus ostenditur

ipsum, et protheo et vertumno mutabiliorem esse, et aliud nichil quam merum empuse mancipium

Et quid iuvat te, unam et alteram profiteri veritatem catholicam quando non omnes profiteris, an nescis quod quemadmodum virtus est ex omnibus circumstantiis suis, sic pietas ex credulitate omnium virtutum catholicarum et salutarium, sed quia de re ista fusius scripseram alibi nolo hic prolixior esse

ARTICVLVS QVARTVS

Est de iustificatione

Apologia

In quarto quinto, sexto et infra in articulo vicesimo damnant nos quod docemus homines non propter sua merita, sed gratis propter Christum consequi remissionem peccatorum fide in Christum

Utrumque enim damnant, et quod negamus homines propter sua merita sua consequi remissionem peccatorum, et quod affirmamus homines fide consequi remissionem peccatorum et fide in Christum iustificari

Responsio

Hic candide lector auscultа, quantis nugis agat hoc genus hominum, et quanta iustitia laboret

Et quis damnat quaeso vos propter illam doctrinam, cum et nos doceamus, Christum nobis sua passione meruisse gratiam qua remittuntur nobis peccata pre supposita fide in Christum cum sine illa impossibile sit placere deo ad Hebr: ii

Hec autem gratia non cadit sub merito nostro, alias gratia non esset gratia, ut arguit paulus ad Rho: ii: hoc tamen simul docemus quod homo pre supposita fide, potest se disponere ad gratiam illam per contritionem, qua dispositive et de congruo dicitur mereri illam gratiam sed non de condigno

Damnamus igitur et nos homines propter sua merita consequi de condigno remissionem peccatorum nisi hoc intelligatur, dispositive et antecedenter, quando sola gratia

Damnamus etiam fide quam consequi remissionem peccatorum nisi etc.

pecc:

peccati morbus curatur formaliter et effective, eo quod gratia tanquam medicina peccati, morbum curet, loquor autem hic de peccato actuali contracto post renovationem baptismalem.

Fide in christum nemo iustificatur, nisi dispositive, cum gratia illam prequirat, et debuerit infundi, que gratia iustificat et sanctificat hominem formaliter et effective. Igitur unge sunt mere quas dicis et commendaris de iustificatione fidei, nesciens ipse quid loquaris, de qua iustificatione locutus sum et scripseram alibi diffuse

Apologia

Cum autem in hac controversia principuus locus doctrine christiane agitetur, qui recte intellectus illustrat et amplificat honorem christi, et affert nectam, et uberrimam consolationem pijs conscientijs, rogamus ut cesarea maiestas de rebus tantis clementer nos audiat

Nam adversarij, cum neque quid remissio peccatorum, neque quid fides, neque quid gratia, neque quid iustitia sit intelligant, misere contaminant hunc locum, et obscurant gloriam et beneficia christi, et eripiunt pijs conscientijs propositas in christo consolationes

Ut autem et confirmare confessionem nostram, et diluere ea que adversarij obijciunt, possimus, initio quedam prefanda sunt, ut fontes utriusque generis doctrine et adversariorum et nostre cognosci possint

Responsio

In dubie Cesarea Ma: pro sua clementia maxima vos audet de rebus tantis, de quibus ampullose loqueris imo ampullas proijcis, et sesquipedalia verba, parturiunt tibi montes sed vide ne mus ridiculus nascatur

Sed quid audio de ignorantia adversariorum tuorum et de tua inflata superbia, qui tanquam impudentissimus lactanticulus dicere videris. Nos poma natamus

Verum tamen videamus quam profunda vulnera sanare velis et possis, fac quaeso protrexticum, quid vobis dixeris, quo et tua et nostra patescat doctrina

Apologia

Universa scriptura in hos duos locos precipuos distribui debet in legem et promissiones

Alias enim legem tradit, alias promissiones de christo videlicet

Cum autem promittit christum venturum esse, et pollicetur propter eum remissionem peccatorum iustificationem et vitam eternam,

Aut in Euangelio christus postquam apparuit, promittit remissionem peccatorum iustificationem et vitam eternam

Vocamus autem legem in hac disputatione decalogi precepta ubicunque illa in scripturis leguntur, de ceremonijs et iudicialibus legibus moisi in presentia nihil loquimur

Responsio

Sicut illa gratia disputationis, et tandem videamus quid ex illis velis inferre

Apologia

Ex his aduersarij sumunt legem, quia humana ratio naturaliter intelligit, aliquo modo legem, habet enim idem iudicium scriptura diuinitus in mente, et per legem querunt remissionem peccatorum et iustificationem

Decalogus autem requirit non solum externa opera ciuilia, quae ratio utcunque efficere potest, sed etiam requirit alia longe supra rationem posita, scilicet vere timere deum, vere diligere deum, vere inuocare deum, vere statuere quod deus exaudiat, et expectare auxilium dei, in morte, in omnibus afflictionibus

Denique requirit obedientiam erga deum in morte, et in omnibus afflictionibus ne has fugiamus, aut auersemur cum deus imponit

Re.

RESPONSIO

Libenter hic ex te audirem, qualem legem adversarij ex hijs que dixeras sumerent, nescio an ex proposito sic obscure, obscuro, loquaris, involvendo sermonem tuum nec ne

Si per legem illam intelligis legem naturalem, que sequitur iudicium recte rationis, et michi facere videris, Respondeo tibi illud apostoli, ad Rom. 2. Cum gentes que legem non habent, naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia illorum

Sed quid velis dixeris, per hanc legem querit remissionem peccatorum et iustificationem, Si dixeris, adversarios tuos hoc facere, tua dixeris, que egregijs picta sunt nugis, propterea bene mereris audiri a Cesarea Ma. quam sic honoras et revereris, ac si hec strophis, et technis commenticijs, fabulis et sycophancijs intendere, habeat, ac tuis frascosis nugis vacare

Dicas quesso quis ex adversarijs tuis querat remissionem peccatorum, et iustificationem per legem illam. Cum autem nullum talem in eis invenire queas, quid restat nisi ut te ipsum tuis nugis impudentibus confundas

Non ignoramus nos quid requirat decalogus, si illum adimplere debuerimus, secundum intentionem precipientis, quia requirit gratiam ex qua operemur, que inclinat hominem, ut omnia finaliter agat ad gloriam dei, amando illum propter se super omnia, quem amorem amicitie sequitur, timor filialis, sequuntur et alia salutaria

Ad impletionem autem decalogi, quo ad substantiam actus tui non requiritur gratia, que radix est merendi, et forma virtutum, qua propter nec illa impletio interiora est gloriae

Ex quibus liquet te parum intelligere que dicis, et sermonum involutionem diligere, ut simplicibus, et facilius possis imponere, quod non solum tu facis, sed etiam reliqui lutherani qui ambulant in mirabilibus supra se

Vulgo dici solet quod qui lucide intelligit, lucide docet, cum autem tu obscure hic doceas, accipere poteris ipse quam lucide intelligas, an nescis cuius sit sermonem involvere, et obscurare illum.

Apologia

Hic scholastici secuti philosophos, tantum docent justiciam rationis, videlicet civilia opera, et affingunt quod ratio sine spiritu sancto possit diligere deum super omnia

Nam donec humanus animus ociosus est, nec sentit iram aut iudicium dei, fingere potest quod velit deum diligere, et velit propter deum benefacere, ad hunc modum docent homines mereri remissionem peccatorum faciendo quod est in se, hoc est si ratio dolens de peccato eliciat actum dilectionis dei, aut bene operatur propter deum

Et hec opinio quia naturaliter blanditur hominibus peperit et auxit multos cultus in ecclesia, vota monastica, abusus misse Et subinde alii alios cultus atque observationes hac opinione excogitaverunt

Et ut fiduciam talium operum alerent et augerent, affirmaverunt deum necessario graciam dare operanti, necessitate non coactionis sed immutabilitatis.

Responsio

Et quis hic iterum impudenter nugatur, dicas qui sint scholastici illi de quibus loqueris, qui tantum doceant iusticiam rationis, cum nullus hanc sufficere dicat sine iusticia gratuita, que est per graciam gratum facientem

Non fingunt sed vere loquuntur, quod res est, quia ratio ex sua natura diligere potest naturaliter deum super

omnia

omnia, sed non gratuite sine gratia dei, iuxta superius dicta. Nichil autem meritorum est gloriae sine gratia quae est radix merendi.

Et quid dicis animum humanum fingere posse quod velit deum diligere, quod velit propter deum benefacere, an figmentum iudicas, quod act: 10: dicitur de Cornelio quod fuerit religiosus et timens deum, et quod fecit elemosinas multas plebi deprecans deum semper. Cui angelus dixit: orationes tuae et elemosinae ascenderunt in memoriam in conspectu dei etc. Nunc is ethnicus erat tunc nondum renatus.

Et quid tibi videtur de obstetricibus egyptiis de quibus dicitur exo. j: Quod timuerunt deum, et conservarunt mares contra praeceptum pharaonis. Quibus benefecit deus et edificavit illis domos.

Non docent ad hunc modum ut tu nugaris homines mereri remissionem peccatorum. Sed docent hominem faciendo quod in se est conterendo de peccatis suis propter deum amando illum quantum ex natura sua potest se disponere ad gratiae consecutionem.

An tu putas gratiam illam dari adulto in peccatis actualibus iacenti absque praevia contritione propter deum offensum, forsan non legeras illud sapien: j: in malivolam animam non intrabit sapientia, scilicet increata per suam gratiam, qua amicos dei constituit sapien: 7.

Non sum nescius lutherum scribere deum praevenire peccatorem sua gratia, et hac illum facere penitentiam subire. Ita quod contritio sequatur gratiam illam. Quod si verum esset in malivolam animam intraret sapientia.

Hoc autem scio peccatorem ad penitentiam minime converti absque speciali dei auxilio, iuxta illud eccl: 7. Considera opera dei quod nemo illum possit corrigere, quem ille de

prexerit hoc est quem ille non singulariter respexerit spe-
ciali auxilio, at illud non est gratia gratum faciens, sed
est auxilium dei, quo juvatur homo, ad consecutionem illius
gratie, iuxta illud apoc: 3: penitentiam age ego enim sto ante
ostium et pulso. (scilicet speciali auxilio et motione) Si quis autem
audierit vocem meam et michi aperuerit intrabo ad eum
et cenabo cum illo, et ipse mecum scilicet per gratiam gratum
facientem

Ad hunc autem modum docemus homines, se speciali dei adiutorio
disponere, ad gratiam gratum facientem, qua consequuntur pecca-
torum remissionem, faciendo quod in se, hoc est adiutorio
dei speciali, cessando a peccatis, et conterendo de illis, quia
in nescis, quid loquaris etiam cooperaris

nescire

Ratio igitur dolens de peccatis, propter deum offensum, et eliciens
actum dilectionis dei super omnia iuxta suam possibilitatem
consequitur gratiam gratum facientem, qua a peccatis libe-
ratur, et in amicitiam dei recipitur, et qua vita sua christia-
na meretur gloriam in vita eterna, iuxta doctrinam catholicam
quam pluris facio, quam omnia tua commenta, strophis et nugis
referta

Non est nobis opinio, quod doctrina habet catholica, a qua tu
distas quantum a gadibus indus, qui tam nasutus es ut etiam
sanctum spiritum, docere presumas, qui illuminator et
rector est ecclesie Christi, qui et cultum dei hac ordinavit
vota monastica inspiravit, et optimum usum misse catholice
instauravit, et per sanctos patres cultiores ac locupletiores
reddidit

At missa tua canaria truncata et vernaculis cantionibus
polluta, immo et vernacula facta, abusus est pessimus,
beliali spiritu per tuum lutherum invectus, sensibus hec
imis: res est non parvia: reponas

Deus sua liberalitate et bonitate dat gratiam conterenti
et diligenti supposita fide, sine qua nemo poterit placere

p''

ad

ad Heb. 11. Num Ezech. 18. dicitur si impius egerit penitentiam, ab omnibus peccatis suis et vita vivet et non morietur. omnium iniquitatum eius non recordabor. iniustitia sua operatus est vivet, Nunquid voluntatis mee est mors impii dicit dominus deus, et non ut convertatur a viis suis et vivat

Et quo tibi hec placent, an putas ibi non esse necessitatem immutabilitatis, que stat cum liberalitate et bonitate dei, an tu putas deum in suis promissis mutabilem esse, qui in scriptura dicit se non mutari, apud quem ut iterum scriptura testatur Nec ulla est mutatio, nec aliqua vicissitudinis obumbratio

Tu autem ut nasum simplicibus facias, nasum stringis in pios et sanctos patres, de duplici necessitate, et cum quodam contemptu, catholice doctrine, ita loqueris, ac illius irrisione cum nihil vere contra eam possis ei prevalere videaris

Apologia

In hac opinione multi magni et perniciosi sunt errores herent quos longum esset enumerare. Tantum illud cogitet prudens lector. Sic hec est iustitia christiana, quid inter est inter philossophiam et Christi doctrinam

Si meremur remissionem peccatorum his nostris actibus elicitis, quid prestat Christus. Si iustificari possumus per rationem, et opera rationis, quorsum opus Christo aut regeneratione

Ex his opinionibus iam prolapsa res est eo, ut multi irrideant nos qui docemus aliam iustitiam preter philossophicam querendam esse

Audivimus quosdam pro concione ablegato evangelio aristotel ethica enarrare, nec errabant isti si vera sunt que defendunt adversarii, Nam aristoteles de moribus civilibus, adeo scripsit erudite, nihil ut de his requirendum sit amplius

Videmus extare libellos in quibus conferuntur quedam

dicta christi, cum Socratis Zenonis et aliorum dictis, quasi ad hoc venerit Christus ut traderet leges quasdam, per quas meremur remissionem peccatorum, Non acciperemus gratis propter ipsius merita

Itaque si recipimus ~~hic~~ adversariorum doctrinam, quod mereamur operibus rationis remissionem peccatorum et iustificationem nichil intererit inter iustitiam philosophicam, aut certe pharisaicam et christianam

Responsio

Non diffiteor in hac opinione tua falsa, quam de scolasticis habes, multos et magnos ac perniciosos errores herere

Hoc autem sciat prudens lector hanc iustitiam christianam, quando iustitia christiana gratuita est, et non tantum moralis, civilis vel rationis, ut tu vocas eam, et egregie mentiris in scholasticos

Non meremur remissionem peccatorum his nostris actibus elicitis, sed disponimus nos ad illam, Et quis unquam dixit ex nostris per rationem et opera nos iustificari rationis, quod quia nullus fecit, merito tantas nugas tuas erubesceres, sed quia pudefieri nequis, eo quod semel frontem perfricueris inde tam impudenter mentiris

Docemus et nos aliam iustitiam preter philosophicam querendam esse, si salvari debuerimus, quia gratuitam, sed non eam quam tu nobis proponis, quam fidei iustitiam vocas, et si prerequirat fidem vera iustitia christiana, que est per gratiam ut crebro hactenus dictum est

Et quare non producis eos, quos pro contione dicis te audivisse etc. Si qui autem tales a te auditi sunt non minus impie predicaverunt quam tu impie scribis

Quid autem ad nos quos extare libellos videris et quando fatemur, nos non mereri remissionem peccatorum, sed hanc gratis nos accipere ex merito christi, qui sua morte meruit nobis gratiam qua iustificamur formaliter et effective

Quibus satis liquet te nihil hic aliud agere, quam quod aerem

verb.

verberas et impudenter in scholasticos mentiris

Certe si non habueris alia quibus coram Cesarea Ma agas a qua audiri postulas, possent bis eque docte coram illa agere qui cunque sycophante mimi et postillophori qui impune dicunt in quemque, quicquid sibi in os venerit ac in buccam

Apologia

Quamque adversarij ne christum omnino pretereant requirunt notitiam historie de Christo, et tribuunt ei quod meruerit nobis dari quendam habitum, sive ut isti vocant primam gratiam quam intelligunt habitum esse inclinantem ut facilius diligamus deum

Exiguum tamen est quod huic habitui tribuunt, quia fingunt actus voluntatis ante habitum illum, eiusdem speciei esse

Fingunt voluntatem posse diligere deum, sed habitus ille tantum extimulat ut idem faciat libentius Et iubent mereri hunc habitum primum per precedentia merita, deinde iubent mereri operibus legis incrementum illius habitus et vitam eternam

Ita sepeliunt christum ne eo mediatore utantur homines et propter ipsum sentient se gratis accipere remissionem peccatorum, et reconciliationem, sed sumunt se propria impletione legis mereri remissionem peccatorum, et propria impletione legis coram deo iustos reputari Cum tamen legi nunquam satisfiat / Cum ratio nichil faciat nisi quedam civilia opera, interim neque timeat deum, neque vere credat se deo curre esse

Et quamquam de illo habitu loquuntur tamen sine iustitia fidei neque existere dilectionem dei in hominibus, neque quid sit dilectio dei intelligi potest

Responsio

Christus nobis meruit morte sua gratiam gratum facientem

qua remittitur peccatum et homo deo reconciliatur, et in eius amicitiam ac favorem recipitur, redditurque illi homini vita christiana vite eterne meritoria

Nunc gratie sive tu habitum voces, sive donum gratuitum, non exiguum tribuimus ut tu nugaris, sed magna, an tibi exiguum videtur delere peccatum, reconciliari deo et amicum illum reddere homini, ac facere opera bona vite eterne meritoria, tu de inclinatione dumtaxat loqueris, tacendo reliqua que sunt prestantiora, sed is mos est eorum, qui impie student tantum donum dei attenuare

In puerulis dum baptisantur et donum hoc accipiunt, nemo fingit actus voluntatis previos ante habitum illum, In adultis autem actus voluntatis precedunt, donum hoc disponendo ad consecutionem eius iuxta superius dicta de contritione et dilectione, at actus habitum illum sequentes sunt actus mandatorum dei quibus meretur homo gloriam vite eterne, an autem illi actus posteriores, eiusdem speciei sint, cum prioribus, consule studium tuum dialecticum et methaphisicum et invenies quod nequaquam sint eiusdem speciei, quia non sunt eiusdem perfectionis, cum actus ex gratia elicitus meritorius sit gloriae, actus vero disponens ad consecutionem illius gratiae, non est sic meritorius, quo liquet te iterum in nos egregii nugari

Non fingimus sed libere et vere profitemur, voluntatem posse diligere deum ex suis naturalibus, ante gratiam, sed non meritorie, in gratia autem meritorie, ideo pessime nugaris, nos iubere hunc mereri habitum primum per precedentia merita, cum nulla sint merita gratuita, sine gratia illa, quo liquet te pre libidine nos arguendi nescire quid dicas

Si per opera legis intelligis opera novae legis, non inficior nos ex gratia operantes illius incrementum mereri, iuxta

illud

illud apoc: vltimo, qui iustus iustificetur adhuc, et sanctus sanctifetetur adhuc, sanctificatio aut iustificatio est per gratiam illam, que meretur quolibet opere bono ex se facto augeri iuxta doctrinam catholicam, que facile vincit tuam et insipientiam et insaniam

Dicas aut velim, quid paulus velit, quando ad Ro 6. dicit gratia dei vitam eternam, nunquid non vult ex illa meritum vite eterne esse

Et quis non videt tuam insaniam? quando dicis nos sepelire christum, ne eo mediatore vtamur, etc. Nos cum apostolo .i. Timo: 2: confitemur vnum mediatorem, dei et hominum hominem Christum Jesum, qui dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus, Mediator est ergo redemptionis, sed per quid, nisi per suam gratiam, quam nobis meruit sua passione, vnde ad Hebr: 9: dicitur sanguinem christi emundasse conscientiam nostram, ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti

Cum aut hec gratia qua peccata remittuntur non cadit sub merito nostro ad romanos: 11: cum alias gratia non esset gratia, quomodo tu dicere audes in nos pessime nugando, quod tradamus propria legis impletione nos mereri peccatorum remissionem, et iustificari coram deo Nisi Oreste insanior esses, has tam friuolas nugas in nos minime diceres

Et quo dicere audes in augmentum tue insanie, legi nunquam satis fieri, cum hanc impleat, qui eam ex gratia seruat is enim seruat eam ad intentionem precipientis, quia ex gratia, et quid vltra facere potest vel debet

Non fugit me deliramentum tui lutheri, quo scribit mandata dei nobis impossibilia esse seruatu, nec illum nobis precepisse vt impleamus, sed vt iustam causam habeat miserendi nostri, at quis vnquam maiorem audiuit vel stultitiam vel insaniam, verumtamen de re ista hactenus, quando

diffuse hanc confutaueram dementiam

Si autem ratio nihil facit nisi ciuilia opera, ex sua quidem natura, quid ad nos, qui dicimus eam gratuita et glorie meritoria facere non posse sine gratia gratum faciente, que est radix merendi

Ipse autem tibi dico rationem ipsam speciali adiutorio adiutam, quod tamen non est gratia gratum faciens, posse gerere de peccatis suis, et se sic supposita fide disponere ad gratiam iustificantem quero autem nunc a te an hoc sit ciuile opus nec ne,

Ratio autem sic adiuta adhuc libera, remanet an sequi velit motionem vel inclinationem illius adiutorij specialis

Nos nullam ponimus iustitiam fidei, nisi dispositiuam ad gratiam fides enim iustificat formaliter et effectiue sed solum dispositiue quando iustificatio illa prerequirat fidem, sine qua impossibile placere deo ad Heb: 11: et fide acceditur ad deum, hoc est immediate ad gratiam, in qua spiritus sanctus datur homini, et homo coniungitur deo, et eduerso sed de re illa fusius infra

Et quis dubitat dilectionem dei gratuitam, non existere in hominibus, sine fide, at naturalem inesse sine fide, nullum est inconueniens quando et ethnici multi, sic deum dilexerunt absque recta fide

Et quid dicis de iustitia fidei, cum gratie sit iustificare que est charitas infusa, Non legisti apostolum, 1 Cor: 13: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum, Et ad Gal: 5: In Christo Iesu neque Circumcisio ~~neque~~ aliquid valet neque preputium, Sed fides que per charitatem operatur, Quia charitas illa, que gratia gratum faciens, est forma virtutum, Unde dicit apostolus, 1 Cor: 15: gratia dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit, Et autem illa gratia sit charitas infusa, satis ille docet, 1 Cor: 13, quando dicit sine charitate hominem nihil esse, et nihil illi prodesse, de quo fusius alibi, Quibus tandem liquet qualibus hic agas frastis, Que parum vel nihil faciunt ad scopum veritatis et si tibi digna videantur vt a Cesarea Maj: audiantur, ac si

viros

viros non habeat eruditos qui non capiant quid in parvula fere

Apologia

Et quod fingunt discrimen inter meritum congrui et meritum condigni ludunt tantum ne videantur aperte pelagianizare

Nam si deus necessario dat gratiam pro merito congrui iam non est est meritum congrui sed meritum condigni quamquam quid dicant non vident

Post habitum illum dilectionis fingunt hominem de condigno mereri et tamen iubent dubitare utrum adsit habitus quo igitur sciunt utrum de congruo et condigno mereantur sed tota hec res conficta est ab otiosis hominibus qui non norant quomodo contingat remissio peccatorum et quomodo in iudicio dei et terroribus conscientie fiducia operum nobis excutiatur

Securi hypocrite semper iudicant se de condigno mereri sive adsit habitus ille sive non adsit quia nunquam confidunt homini propria iustitia sed conscientie perterrefacte ambigunt et dubitant et subinde alia opera querunt et cumulant ut acquiescant

Me nunquam sentiunt se de condigno mereri et ruunt in desperationem nisi audiant preter doctrinam legis evangelium de gratuita remissione peccatorum et iustitia fidei

Responsio

Inter meritum congruum et condigni doctrina catholica discrimen ponit inquam tu ludis ut apertus videaris scismaticus et hereticus et ignorans quid dicat meritum congrui quod utique dicit nihil aliud nisi dispositionem premia in homine quam exigit deus antequam gratiam gratum facientem infundat

Non dat deus necessario gratiam pro merito congrui sed liberaliter et pro complenda ordinatione sua iuxta superius dicta

Nec sequitur ibi esse meritum condigni quia illud est dum taxa ubi ex gratia bene agitur quo sequitur te non videre quid tu dicas etsi falso et impudenter hoc nobis asscribas

Post habitum illum qui est gratia gratum faciens non fingimus

et tu dicis hominem mereri de condigno, sed hoc catholice affirmamus quia in gratia existens, et ad inclinationem illius bene agens meretur augmentum eius in presenti, et glorie in futuro

Non iubemus nos dubitandum, an sit habitus ille, sed scriptura hoc iubet, que dicit ecclesiastes, q: nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur, incerta

Hoc autem scimus et docemus, quod in gratia existens, et ad inclinationem illius agens, meretur de condigno, qui autem in gratia sit vel non sit, quo sine revelatione sciri ~~[illegible]~~ poterit

Quo liquet te ociosum hominem esse, qui nescit quo fiat remissio peccatorum, et quid te iuvat blaterare multa de fiducia operum, quando nullus fidelium ignorat hec, sine dei gratia inutilia esse, ad meritum glorie

Et quid sunt illi securi hypocrite, qui iudicant se semper de condigno mereri, sive adsit habitus ille gratie sive non adsit, quia tales apud nos nulli sunt, nec confidunt nostri naturaliter propria iustitia, ut tu impie et ungose affirmas, de illis, qui cum nescias quid loquaris, quo conscientiis perterrefactis consulere poteris. Non consulitur illis, nugis et strophis, sed doctrina sincere pietatis, et veritatis, quam nisi audierint, et ei acquieverint pacem Christi, que ex pax interna non invenient

Quid autem refert quod nunquam sentiant se de condigno mereri, cum iuxta scripturam nesciant, absque revelatione singulari, an odio vel amore digni sint sufficit illis fides recta, et spes si fecerint facienda pro consecutione gratie

Remissio peccatorum semper gratuita est, que autem sit illa iustitia fidei, de qua fabularis, nondum video

Apologia

Ita nichil docent adversarii nisi iustitiam rationis, aut certe legis in qua intuentur, sicut iudei in velata moysi faciem, et ~~in securis~~ in securis hypocritis, qui putant se legi satisfacere

Excitant presumptionem et inanem fiduciam operum et contemptum gratie Christi

E contra pauidas conscientias adigunt, ad desperationem [illegible] rantes cum dubitatione, nunquam possunt experiri quid [illegible] et quam sit efficax, ita ad extremum penitus desperant

Responsio

Mirum quod tam licenter nugari audes. Iustitia rationis est iustitia naturalis, que sine gratuita iustitia non est meritoria glorie apud deum. Sic nos docemus, et non ut tu nugaris de nobis, homo perfricte frontis. Si micam pudoris in te habes tot et tantas erubescere nugas. Et quid [illegible] videtur de iustitia legis, scilicet Mosaice, an ne meruerint illam suo tempore seruantes ex gratia, quemadmodum seruantes nunc legem Christi ex gratia, sine qua gratia nec nunc meritum est, sicut nec tunc erat

Sed forsan Moyses cum ceteris prophetis, et sanctis ac legis, sunt tibi hipocrite, qui nisi legi satisfecissent, utique sancti non fuissent sed legis preuaricatores

Et quid dicis presumptione, et inani fiducia operum, cum sine operibus spes ipsa vera spes non est, sed presumptio temeraria, ut te docet satis ipse spei diffinitio, que est expectatio futurorum bonorum propter merita

Quis autem queso contemnit gratiam Christi, qui omne meritum refert illi acceptum, tu multa inania blateras de fiducia operum, et contemptu gratie Christi, qui si scires opera illius gratie, non tam subtiliter et inutiliter forsitan de hac verba prodigeres

Quid autem tibi de pauidis conscientiis, quas tu cum tuis non liberatis vestra impericia, sed magis intricatis et adeo inuoluitis et tandem desperent de salute, cum fidem recta eis aufertis, et impiam inculcatis, que quam efficax sit ad malum, satis docent hec tempora et preterita

Apologia

Nos autem de iustitia rationis sic sentimus, quod deus requirat eam, et quod propter mandatum dei necessario ~~[illegible]~~ facienda honesta opera, que decalogus precepit, iuxta illud lex est peda gogus

Item lex ~~iustitie~~ est posita iniustis

Vult enim deus coercere carnales illa civili disciplina, et ad hanc conservandam, dedit leges, litteras, doctrinam magistratus penas

Et potest hanc iustitiam utcunque ratio suis viribus efficere, quanquam semper vincitur imbecillitate naturali, et impellente diabolo ad manifesta flagitia

Quanquam autem huic iustitie rationis libenter tribuimus suas laudes Nullum enim maius bonum habet hec natura corrupta, et recte inquit Aristoteles, neque hesperum neque luciferum formosiorem esse iustitia, Ac deus etiam ornat eam corporalibus premiis, tamen non debet cum contumelia christi laudari

Responsio

Si deus requirit iustitiam rationis, mala utique non erit, alias deus requireret a nobis malum, et peccatum, quod dicere mera est blasphemia, tu autem in sequentibus hoc dicis ut patebit, igitur ipse iudicare poteris, qualis sis in deum

Opera autem que decalogus habet, si necessario servanda sunt, et facienda propter mandatum dei, quero an ne etiam illis mereatur homo gloriam futuram, dum ea facit ex gratia, certum enim est, quod sine gratia nichil meritorium glorie sit.

Scribitur Mat: 19 Si vis ad vitam ingredi, serva manda, et Johannis 12. dicit christus ubi ego sum, illic et minister meus erit. Sed ubi est christus nisi in gloria patris, et quis est minister eius, nisi qui facit quod iubet, quid autem iubet nisi servationem mandatorum dei que habet decalogus

Et si potest ratio hanc iustitiam suis viribus efficere, certum est quod sine gratia hoc non possit, nisi quoad substantiam actus

quia quo ad intentionem precipientis non potest, qui intendit
ut homo servando sua precepta mereatur illis premium eter-
num, quod sine gratia fieri nequit, ut crebro hactenus dictum est
cum hec sit radix merendi

Libenter aut, quod hinc iustitie rationis, suas tribuas laudes. Quod aut
dicis eam cum contumelia christi laudari, non debere quid aliud
facis, quam quod vituperas eam, ut tibi ostendam circa sequentia

Apologia

Falsum est et hoc quod homines reputentur esse iusti coram deo propter iustitiam rationis

Falsum est enim quod per opera nostra mereamur remissionem
peccatorum # Falsum est et hoc, quod ratio propriis viribus possit
deum super omnia diligere, et legem dei facere, videlicet vere
timere deum, vere statuere, quod deus exaudiat, velle obedire deo,
in morte et aliis ordinationibus dei, non concupiscere aliena etc.
et si similia opera ratio efficere potest

Falsum est et hoc, et contumeliosum in christum, quod non peccent
homines facientes precepta dei sine gratia

Responsio

Et nos falsum esse dicimus, quod per opera nostra mereamur
remissionem peccatorum, cum illa sit per gratiam, que non cadit sub
merito operationum nostrarum. Quid ergo traducis nos, nugis
tuis, quasi nos tradamus, quod per opera nostra mereamur re-
missionem peccatorum, possumus tamen nos disponere, operi-
bus nostris ad consecutionem gratie, qua fit illa remissio, ut
sepe dixerimus ante

Eciam falsum est, quod homines reputentur esse iusti a nobis
coram deo propter iustitiam rationis, cum hec iustitia gratuita
sit, que non est sine gratia dei, quo patet, quo amore iustitie
in nos agas, est ne hoc diligere proximum sicut se ipsum,
quando quis illum apertis infamat nugis, sit ne consulis con-
scientiis hominum, et veram hos doces pietatem. Similis es
arbori foliose, que pro fructibus quibus caret, folia spargit

in precio X que tanti est ~~[illegible]~~ quanti fuerit lignum eius in trunco

Ratio proprijs viribus potest deum naturaliter super omnia diligere, cum hec dilectio gratuita sit, ut dictum est supra

Sed non meritorie

Potest etiam legem dei facere, quo ad substantiam actus, licet non quo ad intentionem precipientis, ut similiter dictum est supra, frasce sunt, igitur omnia que hic commentaris, in ostentationem tue peritie, que tamen vera peritia non est, sed mera stultitia et nequitia

Non est falsum hoc nec contumeliosum in christum quod non peccent homines facientes precepta dei sine gratia, sed tu falsus es, et contumeliosus in veritatem fidei, et in doctrinam catholicam, quando hic sequeris hussum tuum, in concilio constanciensi damnatum, et incineratum, qui negavit actum medium, que et tu hic cum tuo luthero hussitico comperiris negare, de quo quia diffuse scripseram alibi, nolo hic prolixior esse

Apologia

Huius nostre sententie testimonia habemus, non solum ex scripturis, sed etiam ex patribus, nam augustinus copiosissime disputat contra pelagianos, gratiam non dari propter merita nostra

Et de natura et gratia inquit, si possibilitas naturalis per liberum arbitrium, et ad cognoscendum, quomodo ~~[illegible]~~ debeat et ad bene vivendum sufficit sibi, ergo christus gratis mortuus est, ergo evacuatum est scandalum crucis

X vivere

Cur non etiam ego hic exclamem, imo exclamabo, et istos increpabo dolore christiano. Evacuati estis a christo, qui in natura iustificamini, a gratia excidistis, ignorantes enim iustitiam dei, et vestram volentes constituere iustitie dei non estis subiecti

Sicut enim finis legis, ita etiam nature humane vitiose, salvator christus est ad iustitiam omni credenti Et Joannis: 8:

Si vos filius liberauerit vere liberi eritis Non igitur possumus liberari per rationem a peccatis, et mereri remissionem peccatorum. Et Johannis 3: scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum dei

Quod si opus est renasci per spiritum sanctum, iusticia rationis non iustificat nos coram deo. Non facit legem. Rho: 3: omnes carent gloria dei, id est carent sapientia et iusticia dei que deum agnoscit et glorificat

Item Rho: 8: Sensus carnis inimicitia est aduersus deum lege enim dei non est subiectus, ac ne potest quidem subijci Qui autem in carne sunt deo placere non possunt

Nec adeo aperta sunt testimonia, ut non desiderent acutum intellectorem, sed attentum auditorem, ut Aug: verbis vtamur, quibus ille in eadem causa vsus est

Responsio

Et nos cum beato Augustino concedimus, gratiam non dari propter merita nostra. Similiter concedimus liberum arbitrium non sufficere sibi ad bene viuendum meritorie, sed opus habere gratia, quo cum igitur certas, et quid cristam erigis et ad quid grandisonis vteris verbis

Exclama in tercium celum vsque licebit, increpesque non dolore christiano, sed furore beliali, quando nos in natura non iustificamur, nec iusticiam nostram constituimus, Christus saluator noster est per suam gratiam, qua nos iustificat remittendo nobis peccata nostra, qua et liberat nos a peccatis, ut vere liberi simus

Quibus liquet quantis frasis vtaris, et quot ac quantis nugis, in nos vtaris, que adeo aperte sunt, ut me tedeat pigeatque illis coram doctis responderi, et quidem toties, quoties

tu nihil in mantica amplius habens, hijs in nos strepe[illegible] et in solestis

Apologia

Si sensus carnis et inimicitia adversus deum, certe caro non diligit deum. Si non potest legi dei subijci, non potest deum diligere,

Si sensus carnis est inimicitia adversus deum, peccat etiam caro cum externa civilia opera facimus

Si non potest subijci legi dei certe peccat, si etiam egregia facta et digna laude iuxta humanum iudicium, hz

Adversarij intuentur precepta secunde tabule, que iusticiam civilem continent, quam intelligit ratio, hac contenti putant se legi dei satisfacere

Interim primam tabulam non vident, que precipit ut diligamus deum, ut vere statuamus quod deus irascatur peccato, ut vere timeamus deum, ut vere statuamus quod deus exaudiat

At animus humanus sine spiritu sancto, aut securus contemnit iudicium dei, aut in pena fugit, et odit iudicantem deum, itaque non obtemperat primae tabule

Cum igitur hereant in natura hominis contemptus dei, dubitatio de verbo dei, de minis et promissionibus, vere peccant homines, etiam cum honesta opera faciunt, sine spiritu sancto, quia faciunt eo impio corde, iuxta illud, quicquid non est ex fide peccatum est, tales enim operantur cum contemptu dei

Sicut Epicurus non sentit se deo curae esse, respici aut exaudiri a deo, hic contemptus viciat opera in specie honesta, quia deus iudicat corda

Responsio

Putabam te contendere de iusticia rationis, tu autem ad sensum carnis conversus, rationis iudicium supprimere conaris

Et quis nescit sensum carnis pronum esse ad malum ab ado..

lestentia hominis Gen: 8. ratione peccati originis. Et ad Rho 8
dicitur, quod si secundum carnem vixerimus morte moriemur

Ratio autem hominis que super sensum carnis est, licet trahatur
a carne, ad condelectandum illi, non tamen necessitatur ab ea
sed renitendo carni, sequendo honestum, et gratia illius agendo
non peccat, etiam vir ethnicus, taceo fideles, qui tamen peccato
mortali aliquo sunt irretiti, alias tolleretur actus medius,
quem heretici auferunt, contra doctrinam catholicam et ecclesie
determinationem

Precepta secunde tabule iusticiam non solum civilem, continent
sed etiam divinam, et catholicam, quam intelligens ratio satisfacere
potest, quo ad substanciam actus legi dei, que nec aliter obligat
ut hic supponitur, quando alibi diffuse probaverim illud

Prima tabula precipit ut diligamus deum, quo ad substanciam actus
quod ex natura possumus. Si autem hac dilectione mereri volue-
rimus, necesse est ut ex gratia hoc faciamus

Animus humanus sine spiritu sancto hoc est sine gratia, in qua
datur et habetur spiritus sanctus, non semper contemptus iudi-
cium dei etc. quia dum agit propter finem honestum, secundum recta
rationem, non agit contra deum, cum deus ut ipse supra dixeras
hanc actionem a nobis requirat, sed non requirit a nobis ut
peccemus. Qua propter sic agendo, non agit contra primam
tabulam, sed agit actum medium si non fuerit in gratia

Non heret in natura hominis contemptus dei etc. sic quod in quolibet
opere contemnat illum, sive de ethnicis sive de fidelibus
loquaris. Stat enim quem in uno opere male agere et peccare
et in alio moraliter bene agere, nec omnia sunt impio corde
ab homine qui non est in gratia, alias dicere haberes obstetri-
ces egiptias, Naaman Syrum, et Cornelium impio corde egisse
propter que commendat eos scriptura

Dictum autem illud apostoli, ad Ro: 14: Omne quod non est
ex fide peccatum, non intelligitur ad eum sensum quo tu ipsum

sed intelligitur de eo, quod fit contra conscientiam vtz ibidem de manducatione per offendiculum. Sic igitur ex fide non est quod contra conscientiam est

Apologia

Postremo hoc imprudentissime scribitur ab adversarijs, quod homines rei, eterne ~~[illegible]~~ mereantur remissionem peccatorum, per actum elicitum dilectionis, cum impossibile sit diligere deum nisi prius fide apprehendatur remissio peccatorum

Non enim potest cor vere sentiens deum irasci, diligere deum, nisi ostendatur placatus, donec terret, et videtur nos abijcere in eternam mortem, non potest se erigere, natura humana vt diligat iratum iudicantem et punientem

Facile est ociosis fingere ista somnia de dilectione, quod reus peccati mortalis possit deum diligere super omnia, quia non sentiunt quid sit ira aut iudicium dei

At in agone conscientie, et in acie experitur conscientia, vanitatem illarum speculationum philosophicarum, Paulus ait, Lex iram operatur, non dicit per legem mereri homines remissionem peccatorum

Lex enim semper accusat conscientias et perterrefacit, non igitur iustificat, quia conscientia perterrefacta lege, fugit iudicium dei

Errant igitur qui per legem, per opera sua, mereri se remissionem peccatorum confidunt

Hec de iustitia rationis aut legis quam adversarij docent, satis sit dixisse, Nam paulo post cum nostram sententiam de iustitia fidei dicemus, res ipsa coget plura testimonia ponere que etiam proderunt ad illos errores adversariorum, quos hactenus recensuimus evertendos

Responsio

Tu imprudentissime scribis, quia nugose nobis imponis nos tra-

dere, quod homines ex mereantur remissionem peccatorum, per
actum elicitum dilectionis, ut satis liquet ex dictis

Et quo scribere audes, quod impossibile sit diligere deum, nisi prius
fide apprehendatur remissio peccatorum. Naturali enim dilectione
etiam ethnici dilexerunt illum, qui nec fidem habuerunt nec
remissionem peccatorum fide apprehenderunt

Quam falsum autem hoc sit, quod consentiens deum irasci non possit
vere diligere deum, nisi ostendatur placatus, quis non videt
cum placari nolit deus nisi penitentia premia. Luce 13: que
penitentia dicit contritionem peccati, que contritio includit
dilectionem dei, propter se super omnia, quia propter illum
offensum, conterendum est

Et quo remitteretur peccatum contractum aversione a deo nisi
per conversionem rursus ad illum etc

Terret deus per scripturam ut peccator cesset peccare, et conterat
de peccato, erigit autem promittendo remissionem, quacumque
ut patet hora penituerit ~~[illegible]~~ Ezech 18: ideoque nulla sunt omnia
que fabularis preter somnia, que male feriatus fingis
in subversionem veritatis, et doctrine catholice

Nec nos dicimus per legem mereri homines remissionem
peccatorum, et si vel centies vel millesies, hoc nobis nugose
imposueris. Nec dicimus legem iustificare, fatemurque tecum
illos si qui fuerint errare, qui per legem et opera sua mere-
ri remissionem peccatorum confidunt, et quid amplius nos vis
facere. Oro igitur quam possum maxime, semel finem facias
tot et tantis iugis tuis, quibus te ludibrio exponis omni le-
genti cui iudicium fuerit.

Apologia

Quia igitur non possunt homines suis viribus legem dei facere
et omnes sunt sub peccato, et rei eterne ire et mortis. Ideo
non possumus per legem a peccato liberari, ac iustificari, sed data
est promissio remissionis peccatorum, et iustificationis propter Christum

qui datus est pro nobis ut satis faceret pro peccatis mundi, et positus est mediator, et propiciator

habet X Et hec promissio non conditionem meritorum meorum, sed gratis offert remissionem peccatorum et iustificationem sic paulus ait, Si ex operibus iam non est gratia. Et alibi: Iustitia dei iam manifestatur sine lege, id est gratis offertur remissio peccatorum

Nec pendet reconciliatio ex nostris meritis, quia si ex nostris meritis penderet remissio peccatorum et reconciliatio esset ex lege, esset inutilis

Quia enim legem non facimus, sequeretur etiam promissionem reconciliationis nunquam nobis contingere

Sic argumentatur paulus ad Rho: 4 Si ex lege esset hereditas inanis esset fides, et abolita promissio requireret conditionem meritorum meorum ac legem, cum legem nunquam faciamus, sequeretur promissionem inutilem esse

Si enim promissio

Responsio

Homines utique viribus suis possunt legem dei facere, quo ad substantiam actus, alias frustra esset illis data, et precepta irrationabiliter

Natura filij ire sumus, hoc est naturali generatione, ratione peccati originis, ad ephe: 2: a quo peccato liberamur gratia baptismali, atque iustificamur, Et quis quaeso dicit nos per legem a peccato liberari et iustificari, certe nullus fidelis, poteris ergo rem illam conferre cum hereticis non cum fidelibus

Et quid si milies repeteres rem illam de meritis nostris ideo ne aliquid contra nos probabis, certe aliud nihil facis quam quod te maximum matteologum ipse declaras, qui nugis agit et nullis argumentis

Sed quid dicis quod legem non faciamus, vis ne omnes nos damnare, propter tuas nugas, dicit ne christus mat: 19: Si vis ad vitam ingredi serva mandata, que scilicet sunt de lege nova, quam si non facimus, quomodo precor salvabimur contra christi verba

Paulus aut loquitur de veteri legi, ex qua non erat hereditas nisi servaretur in fide mediatoris, et ex gratia Iudei aut putabant salvem multi, et si non omnes se salvare, ex operibus legis, quod ~~confutat~~ X apostolus ad Ro. 4: qui et capite 3 dicit, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro etc.

X confutat

Apologia

Cum aut iustificatio contingat per gratuitam promissionem sequitur quod non possimus nos ipsi iustificare, alioqui quorsum erat promittere. Cumque promissio non possit accipi nisi fide, Evangelium quod est propria promissio remissionis peccatorum et iustificationis propter Christum, predicat iustitiam fidei in Christum, quam non docet lex, neque hoc est iustitia legis.

Lex enim requirit a nobis opera nostra, et perfectionem nostram. Sed promissio offert nobis oppressis peccato et morte gratis reconciliationem propter Christum que accipitur non operibus sed sola fide.

Nec fides non affert ad deum fiduciam proprioris meritorum sed tantum fiduciam promissionis seu promisse misericordie in Christo.

+ igitur

Nec fides specialis, qua credit unusquisque sibi remitti peccata propter Christum, et deum placatum et propitium esse propter Christum ~~consequitur~~ X remissionem peccatorum et iustificat nos.

consequitur X

Et quia in penitentia hoc est in interioribus consolatur et erigit corda, et regenerat nos et affert spiritum sanctum et deinde legem dei facere possimus, videlicet diligere deum vere timere deum, vere statuere quod deus exaudiat, obedire deo in omnibus afflictionibus, mortificat concupiscentiam etc.

Responsio

Iustificatio fit per gratiam, et non per promissionem eius, aliud

enim est gratia, et aliud promissio gratie. Et autem non possumus nos ipsi iustificare clarum est, quia ut psal. dicit gratiam et gloriam dabit dominus

Quod autem promissio accipiatur sola fide, verum est in pueris dum baptizantur in fide ecclesie qui nihil cooperantur ad consecutionem gratie. Sed non est verum in adultis, quos oportet cooperari per contritionem, si actualia habuerint etiam peccata

Sed que est fides ecclesie ad quam tenentur adulti, nisi fides catholica, quam habet ecclesia sancta. Hec autem non est quam tu fingis ac commentaris cum tuo Luthero

Fides catholica est fides in christum, que dicit credulitatem omnium veritatum salutarium, quia christus est veritas, a quo per spiritum eius, qui spiritus veritatis dicitur, est omnis veritas salutaris, quam qui non credit, ut vos lutherani facitis, nec in christum credit

Quemadmodum enim virtus dicitur talis ex omnibus circumstantiis ad virtutem requisitis, sic fides catholica dicitur talis, ex credulitate omnium veritatum salutarium

Nec fides illa tua commenticia in presentia regenerat nos sed gratia, que in illa datur, que presupponit fidem catholicam que gratia facit nos servare legem dei, ad intentionem precipientis, quod est meritorie etc.

Apologia

Ita fides que gratis accipit remissionem peccatorum, quia opponit mediatorem et propiciatorem christum ire dei, non opponit nostra merita aut dilectionem nostram, que fides est vera cognitio christi, et utitur beneficiis christi et regenerat corda, et precedit legis impletionem

Et de hac fide nulla sillaba extat in doctrina adversariorum nostrorum, proinde reprehendimus adversarios, quod tantum

tradunt

Legis: / nō tradunt iusticiā euangelij: / tradunt iusticiā euangelij: quod predicat iusticiā fidei in christum

Responsio

Fides tua commentitia nichil recipit a deo, sed fides catholica recipit promissionem gratie, per quam est remissio peccatorum, de qua fide dicitur, qui crediderit et baptisatus fuerit salvus erit qui autem non crediderit condemnabitur etc.

Et quid iterum replicas merita nostra, que ad fastidium nugose crebrius replicasti huc usque, dialectici dicunt nugationem esse unius et eiusdem repeticionem inutilem. Sed quia tua repeticio non solum est inutilis, sed etiam futilis et nugosa, in malam crucem ipsam relegandam esse censeo

+ quare

Eciam si fides tua est cognitio vera christi, quero quomodo possit iustificare, cum iustificatio prerequirat dei cognitionem.

Et si fide accedimus ad deum ad heb. ii et accedentem credere oportet quia est, et inquirentibus se remunerator sit, et ibidem dicitur quomodo poterit fides iustificare nisi dispositive iuxta superius dicta

Nec fides regenerat corda sed gracia, que excludit peccatum et nequaquam stat cum illo, sicut nec lux cum tenebra, fides autem stat cum peccato in qua fide potest fieri penitencia in recuperacionem gracie amisse peccato. Nunquid fidem perdit catholicus per peccatum actuale, mortale, et per fornicationem [illegible] si dixeris penitenciam illi denegas, de quo fusius patebit in sequentibus

Quod

Verum semel, dicis quod scilicet de hac fide tua commentitia nulla sillaba extat in doctrina catholica, que est tuorum adversariorum, et cur ibi esset, quando ficta est et inutilis

Reprehensio autem tua, qua dicis adversarios non tradere iusticiam euangelij, iniqua est, quia iniuriam illis irrogat insignem et atrocem. Euangelium predicat iusticiam gracie, que requirit fidem in christum, cum sine fide scilicet catholica, non tua impossibile sit placere deo, et crebro et ad fastidium usque dictum est, huc usque. Quapropter

videas quam egregius sis disputator, qui argumentis non agis, sed dum taxat nugis, commenticijs, strophis, calumnijs et conuicijs qualem disputatorem scurra aliquis vel pastillophorus ageret exquisitius

Gaudeant propterea lutherani omnes, quod tam peritum defensorem et tutorem sunt nacti, qui plus facit apud eos nugis, quam disertus aliquis et pius, veris possit et rationibus et argumentis. Sed sciant sic ad orcum non ad astra eundum. Volunt decipi et seduci ideo coacervant sibi magistros mendaces et operarios subdolos, qui sibi placentia loquantur et fricent aures

ARTICVLVS QVINTVS

Est de fide iustificante quid sit illa

Apologia

Aduersarij tantum fingunt fidem esse noticiam historiae ideoque docent eam cum peccato mortali posse existere

Nihil igitur loquuntur de fide qua paulus toties dicit iustificari homines, quia qui reputantur coram deo iusti, non versantur in peccato mortali. Sed illa fides quae iustificat non est tantum iusticia historiae, sed est assentiri promissioni dei in qua gratis propter christum offertur remissio peccatorum et iustificatio

Et ne quis suspicetur tantum noticiam esse, addemus amplius. Est velle et adhaerere oblatam promissionem remissionis peccatorum et iustificationis

Responsio

Tu in aere cum Irundinibus giras volatum, ad capiendas culices et iniustas, forsan non legisti et nos ponere fidem historialem, et fidem fiducialem, de quibus scripsi in libello de fide gratia et operibus

Nos docemus fidem catholicam siue historialis siue fiducialis fuerit

posse existere et stare cum peccato mortali, etiam quolibet preter peccatum infidelitatis. Cum peccatum mortale quodlibet excludat gratiam, sed non quodlibet excludat fidem, ut supra ostenderam de peccato fornicationis vel adulterij &c.

Non dicit paulus alicubi homines fide iustificari, sed ipse dicit gratia eos iustificari, que presupponit quidem fidem, sed non formaliter et effective excludentem peccatum sicut gratia excludit illud.

Non negamus eos qui reputantur iusti coram deo non versari in peccato mortali, cum gratia que iustificat hoc peccatum excludat tu autem multa dicis de iustificatione fidei, sed nichil probas quando ipse ostenderam hanc non nisi dispositive iustificare et non formaliter et effective, cum hoc solius sit gratie, que prerequirit fidem in nobis.

Insuper dico fidem catholicam, que prerequiritur ad iustificationem veram complecti notitiam historie et promissionis, quia complectitur tam fidem articularem que est veritatum articulorum quam fiducialem, que est promissionum dei.

Dicas quesso de qua fide loquatur apostolus, quando ad Ro. 10. dicit Si confitearis in ore dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quod deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Non loquitur de fide articulari, que est notitia historie.

Sic etiam dicitur 1. Jo. 4. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est filius dei, deus in eo manet et ipse in [illegible]

Si assentiri promissioni dei, in qua gratis propter Christum offertur remissio peccatorum, et iustificatio, iustificaret, facilis et ampla non arcta esset via, que ducit ad vitam, contra Christum Mat. 7. Quis enim tam stolidus, qui non libenter et facile assentiretur tali promissioni si sic consequi posset iustificationem.

At hoc libenter audit populus sibi predicari, qui non querit utilia que deus docet Esa. 48. sed querit sibi dici placentia Esa. 30. Et quia ut paulus dicit sanam doctrinam non sustinet, ideo ad sua desideria coacervat sibi magistros prurientes auribus

et a veritate auditum avertit, et ad fabulas convertitur et sic se beatum putat. Sed non attendit quid sibi deus dicat, qui Esai: 3. ait popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant

Sed que est via populi dei salutaris in qua ambulet, nisi fides catholica, quam habet et profitetur ecclesia sancta, et vita vere christiana que consistit in servatione mandatorum dei, quibus liquet quantum nugis agas ut simplicibus imponas

Si autem ut tu dicis fides non est tantum notitia, sed etiam velle et accipere oblatam promissionem remissionis peccatorum, et iustificationis, sequitur fidem dicere actum duarum potentiarum. Si quis unquam dixit credere esse actum intellectus et voluntatis. Credere dicit actum assensum intellectus, igitur non est velle, quod dicit actum voluntatis, ideoque nescire videris quid dicas, sed transeo ad reliqua

Apologia

Ac facile potest cerni discrimen inter hanc fidem et inter iustitiam legis. fides est latria que accipit a deo oblata beneficia. Iustitia est est latria que offert deo nostra merita

Fide sic vult coli deus ut ab ipso accipiamus ea que promittit et offert. Quod autem fides significet non tantum historie notitiam, sed illam fidem que assentitur promissioni, aperte testatur paulus, qui ait iustitiam ideo ex fide esse ut sit firma promissio

Sentiremus promissionem, non accipi posse, nisi fide. Quare inter se [illegible] comparat et connectit promissionem et fidem

Quanquam facile erat iudicare quid sit fides si symbolum consideremus, ubi certe ponitur hic articulus remissionem peccatorum. Itaque non satis est credere, quod christus natus, passus, resuscitatus sit, nisi addimus et hunc articulum, qui est causa finalis historie remissionem peccatorum

Ad hunc articulum cetera referri oportet, quod videlicet propter christum

no

non propter nostra merita donetur nobis remissio peccatorum

Quid .n. opus erat Christum dari pro peccatis nostris, si nostra merita pro peccatis nris possunt satisfacere

Responsio

fides non est latria, que accipit ꝛ Cum latria sit cultus, qui soli deo debetur, sed fide no colimus deus, sed ex fide, seu in fide cultus dei fit, quando fide accedatur ad dum, qui vere & meritorie coli nequit, nisi ex vel in fide

Nec iustitia legis offert nostra merita deo in remissionem peccatorum, cum hec gratis detur pro Christo, qui sua passione meruit nobis gratiam, qua fit remissio peccatorum Quo sequitur, te prorsus nescire, quid in re ista loquaris

Nec nos dicimus fidem tantum [illegible] re hystorie noticiam, cum ponamus fidem articularem, que hystorialis est, & fiduciale que promissionum est, Utraq; tamen est

noticia, ad intellectum pertinens, Tu autem in precedentibus dicis, fidem includere actus duarum ponrum, scilicet intellectus, cuius est assentiri, et voluntatis, cuius ꝫ velle &c

Hic autem tibi ipsi contradicens ais, eam non tantum dicere historie noticiam, sed illam fidem etiam, que assentitur promissioni

Noticia autem & assensus ad solum intellectum pertinent. Velle autem ad sola voluntatem

Paulus vult iusticiam esse ex fide preuia, Cum absqꝫ illa impossibile sit placere deo, ad hebreos undecimo, que placentia est per gratiam formaliter & effectiue, cꝫ ratione ad Rhomanos decimo dicit,

· conde creditur :

corde creditur ad iusticiam, scilicet consequenda per gratiam

Et ad Rho. 5. dicit, Per Iesum Christum habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe glorie filiorum dei

Similiter ad Ephe. 2. dicit, Gratia estis saluati per fidem, Et hoc non ex vobis (scz per merita vra) dei enim donum est, no ex operib. ne quis glorietur

Et ad Titum. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex opib. iusticie que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum christum saluatorem nrm, Ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite eterne

Ex quib. notum est, quam inique, false, & nugose nobis non semel, sed crebro nimis, obijcias iustificationem opum & legis quasi nos tradamus & teneamus operib. legis que mereri remissionem peccatorum

Si Symbolum apostolicum, similiter Nicenum & Athanasij attenderis non inuenies fidem aliud esse, quam notitiam adhesiuam articulorum credibilium, quia ista loquuntur de fide historiali & articulari, inter quos & pctorum remissio, quam credimus, est unus

Nec is articulus aliorum finis est, Ut tu commentaris, sed nec ad hunc cetera omnia que fidei sunt referri oportet, sed in illum credo vitam eternam, quia ad hanc consequendam creati sumus, & ad eam reliqua omnia tradita sunt nobis

Et quid iterum repetis merita nra? quasi nos teneamus remissionem nobis dari a deo propter illa, loquendo de remissione culpe peccatorum, quia iustificati gratia, Utique operib. bonis, meremur remissionem penarum, peccatis debitarum, Ut satis fiat diuine iusticie, non peccatis lese; Sic n. docent doctores Catholici, opus bonum ex gratia non solum meritorium esse glorie, sed etiam remissionem pene

Quid liquet, quot & quantis strophis & nugis in nos agas, non quidem in nostram confusionem, quam maxime quero, sed in tuam ipsius confusionem, Ut tua insticia & malicia omnino notescat vere doc

Liquet etiam reliqua omnia, que addis in hoc articulo nihil contra nos facere, sed tuam declarare loquacitatem futilem & inutilem, qua in nos strepis & insolescis

Sed qn in fine dicis, Mirum esse aduersarios adeo extenuare fidem, cum hec sit amplissima consolatio, in omnib. afflictionib. Ego tibi dico, mirum esse, te impudentem esse adeo, quod ascribere audes tot nugas nobis, quarum nullam potes reddere veram rationem

C

Non extenuamus nos fidem, sed mirifice illam laudamus & magnificamus cum apto, qui dicit, sine ea impossibile ee quempia placere deo, Et quia per eam accessum habeamus ad deum, Loquor aut de fide Catholica, quam hz ecclesia sancta Chri sponsa. Non de tua tuorumq; fide laruali & gmenticia, que abducit ab Unitate ecclesie nec colligit cum Chro, sed dispergit cum Sathana

Dicis tandem in fine capitis huius, Et huiusmodi gsolationes abolent aduersarij, cum fidem extenuat & vitupant, Et tantum docent homines p opa & merita, cum deo agere

Ad quod tibi respondeo, nos non abolere veras consolationes fidei catholice, sed illas magnificare & dilatare, sed tuas & tuorum consolationes, que prestigiose, fabulose & ridiculose sunt apud fideles, illas calumniamur & euacuamus, scriptura & roe, in consolatione fidelium & in gfusionem eorum, qui a doctrina catholica recedunt, & manus [illegible] & tuis & tuorum prebent

Non extenuamus nec vitupamus nos fidem, Ut tibi iterum [illegible] re eadem respondeam, sed tu te ipsum vitupas, & bonam famam quam aliquando habuisti, ipe extenuas, qn tam impudenter in nos mentiris, dicendo q tm doceamus homines p opa & merita cum deo agere, Ut tibi hactenus satis supq; ostenderam ego. Utinam abirent vel semel in malam crucem nuge tue tot & tante, Ut veris agere posses argumentis. Specularis et ocularis hec tua dimicatio, quam audabatarum more agis, non erit tibi (credas mihi si vis) laudi & honori, veris argumentis agendum b, non pictis, non fucatis, commentis & sophismatis

Articulus Sextus

Quod sola fides in Christum iustificet scdm Apologiam

Apologia

Primum ne quis putet nos de ociosa noticia historie loq, dicendu [illegible] quomodo contingat fides, postea ostendemus, & q iustificet, & quo hoc intelligi debeat, & diluemus ea que aduersarij obijciunt

Christus [illegible] ultimo iubet predicare penitentiam in nomine suo & remissionem peccatorum. Euangelium n. arguit omnes hoies, q sint sub pcto, q omnes sint rei eterne ire ac mortis, & offert propter Chrm remissionem peccatorum & iustificationem, que fide accipitur. Predicatio penitentie, que arguit nos. pterrefacit conscientias veris & serijs terrorib.

In his corda rursus debent concipe consolatione. Id fit si credat promissioni Chri, q propter ipsum habeamus remissionem peccatorum

Hec fides in illis pauorib. erigens & consolans accipit remissionem peccatorum, iustificat & viuificat

Nam illa consolatio est noua & spiritualis vita, hec plana & perspicua sunt, & a pijs intelligi possunt, & hnt ecclie testimonia

Aduersarij nusqz pnt dicere quomodo detur sps sanctus, fingunt sacramenta conferre spm sctm ex ope opato, siue bono motu accipientis, Quasi vero ociosa res sit, donatio spus sancti

Responsio

Si tibi ociosa notitia historie videtur, erit ociosus Paulus quando ad Rho. 10. loquitur de fide historica, hoc est articulari iuxta supius dicta, Erunt & ociosa tria Symbola, Aplicum scz Nicenum & Athanasij, que de fide articulari loquuntur

Euangelium offert propter chrm remissionem peccatorum & iustificationem. sed non sine gra, qua chrs nobis meruit sua passione qua gra accipitur iustificatio formaliter & effectiue, & non fide que solum disponit ad gratiam illam. loquor autem non de fide tua commenticia, sed de fide Catholica, iuxta supius dicta

Predicatio pne non solum arguit nos, nec solum perterrefacit consciencias &c sed etiam mouet illas ad contritionem habendam sine qua non datur gratia, quia in maliuola aiaz &c Sapien. 1.

Credas igitur Vtcunqz volueris, nisi penitueris contricione vera, remissionem pctorum non gsequeris, q pg bap. feceris

Et cur queso aduersarij tui, nusqz dicere poterunt quo detur spuss. Forsitan tu solus hoc potes. Nos poma natamus. Tu solus [illegible] es in Israel

Non fingimus sed vere pdicamus. Sacramenta [illegible] ex ope opato. Vbi non ponitur obex ille pcti mortalis, [illegible] saluatoris dicuntur Esa. 12. & vasa gre. in qua gra datur [illegible] perius dicta

Q aut tu dicis, nos hoc dicere, siue bono motu accipientis egregie in nos pro tuo more nugaris, Quia prima gra que datur in baptismo, in adultis habet preuiam contritionem de pctis actualibus & que datur in penitentia sit, Augmentum aut istius gre, quod datur p reliqua sacramenta, est ex opere bono, quod quo fieri possit absqz bono motu, tu dixeris, qm hoc ipe me ingenue fateor nescire

Non est ergo otiosa res, Vt bene dicis donatio spus sancti, sed otiose sunt nuge tue, quas in nos comentaris

Apologia

Cum autem de tali fide loquamur, que non est otiosa cogitatio, sed que a morte liberat, & nouam vitam in cordib. parit, & est opus sps scti non stat cum pcto mortali. Sed tantisper adest, dum bonos fructus parit. Ut postea dicemus

Quid pot dici de conversione impij, seu de modo regenerationis simplicius & clarius. Proferant vnum commentarium in sententias ex tanto scriptorum agmine, q de modo regenerationis dixerit

Cum loquuntur de habitu dilectionis fingunt hoies spus. p opa mereri. Non docent p verbum accipi, sicut & hoc tpe Anabaptistę faciunt

Deus non pot apprehendi nisi verbo, ideo iustificatio fit p verbum sicut Paulus inquit. Euangelium est potentia dei ad salutem omni credenti. Item fides est ex auditu. Et vel hinc argumentum sumi pot, quod fides iustificet, quia si tantum fit iustificatio p vm, & vm tantum fide apprehenditur, sequitur q fides iustificet

Sed sunt alię maiores rones. Hec diximus hactenus, ut modum regenerationis ostenderemus, & ut intelligi posset, qualis sit fides de qua loquimur

Responsio

Fides Catholica viua non est otiosa. Et que est illa nisi gratia formata, qua viuit, Et quia gra illa ꝫ charitas infusa, q non est otiosa, ut pulcre docet b. Greg. Igitur fides hac gra vestita, ratione illius negotiosa dicitur, qz magna operatur. Que igitur tu fidei tribuis, non sunt illius roe suę naturę, sed ratione grę, cuius proprię sunt, & roe suę nę, ex ordinatione dei, qui ad hoc gratiam ordinauit

Fidem infusam ee opus sps sancti, nemo fidelium diffitetur, quia [illegible] infundit in baptismate, cum spe & charitate, tanqz seminaria [illegible]. At fides actualis ꝫ opus nrm, adiutorio dei a nobis [illegible] ꝫ ex auditu verbi dei. ad Rho. 10. Et vtraqz illarum potest [illegible] mortali, eo q illud gram tollat, & non fidem, Dum igitur homo [illegible] peccat mortaliter, graz illa amittit, & moritur fides in eo, non simpliciter, sic q amplius non sit, seu q desinat ee, sed quia amplius [illegible] agere nequit, nisi rursus viuiscat p gram, que recuperatur penitentia, Sic habet doctrina Catholica, que euacuat oia tua que hic commentaris delyria

Proferas tu vnum ex Catholicis doctorib. qui de vero regenerationis modo nihil dixerit, vel saltem aliter, qz ego iam dixeram

Dum aut loquimur de habitu dilectionis, quo nititur charitas infusa que est gratia gratum faciens, non fingimus homines spus. mereri p opera, sed tu fingis hoc de nob & nugose dicis nos hoc facere

Docemus aut fidem actualem accipi per Vm dei auditu. iuxta aplm ad Rho. 10. & spms. in gratia, que ꝫ donum infusum, Si quid negocij aut tibi fuerit cum Anabaptistis, nil ad nos, q optie scig, in qb. errent illi

Quod deus non possit apprehendi nisi verbo, est ꝯtra Paulum ad Rho. 1. Ubi tradit gentiles eum apprehendisse ex creaturis ꝛc Sed pfectius apprehenditur verbo dei, Utraq; tamen apphensio obscura est iuxta illud. 1. ad Cor. 13. Videmꝰ nunc per speculum & in enigmate ꝛc

Non fit iustificatio per Vm, Ut tu ais, Nec vult hoc aplꝰ, sed ex auditu verbi est fides actualis, qua acceditur ad deum, ad heb. 11. hoc est ad gram ꝯsequendam, in qua datur deus hoi, quia ss. iuxta hactenus dicta. Que quia ignoras, ideo tam elumbe pfers argumentum, quo probare niteris fidem iustificare ꝛc

Apologia

Nunc ostendemus q fides iustificet, Ubi primum hoc monendi sunt lectores, q sicut nce est hanc sententiam tueri, q Chrꝰ sit mediator, ita necesse sit defendere, q fides iustificet

Quomodo n. erit christus mediator, si in iustificatione no Utimur eo mediatore. Si non sentimus, q propter ipm iusti reputemur, Id aut est credere, confidere meritis chri, q propter ipm certo velit nobis deus placatus esse

Item sicut oportet defendere, q preter legem necessaria sit promissio Christi, ita necesse est defendere, q fides iustificet, Lex n. non docet gratuitam remissionem pctorum

Item lex non pot fieri, nisi accepto prius spus. Necesse est [illegible] defendere q promissio chri necessaria sit, At hec non pot [illegible] fide, Itaq; qui negant fidem iustificare, nihil nisi legem [illegible] & abolito Christo, docent

Responsio

Fidem iustificare dispositiue nemo fidelium nega[illegible] impossibile sit placere deo, & per eam accedatur ad [illegible] eam iustificare formaliter & effectiue excludendo morbum peti impii est dicere, cum hoc solius sit gratie, que est medicina illius morbi. Per hoc tamen non negatur deum ~~pri~~ iustificare, sed insinuatur eu iustificare imediate & effectiue, mediante gratia, scz gratum faciente, Et ad istum sensum Ubiq; loquor in hac ma, quod lectorem volo admonitum ee

Necesse igitur ꝫ hanc sniam tueri, q chrꝰ sit mediator scz redemptionis, & cum hoc interpellationis, Ut hz scriptura. 1. ad Tim. 2. & ad [illegible] 8 ꝛc Sed non ꝫ nce defendere, q fides iustificet, aliter q; dispo[illegible]

oppositum dicere ꝫ impiu & erroneu, utcunq; tu hic Cristam erigas & putes te vicisse

Nos in iustificatione utimur chro mediatore, quia credimꝰ eum dare gram, qua iustificamur p̄uia fide, & contritione in adultis. Sic enim sentimus, q̄ propter ipm pu² iusti reputemur

Et credere quod tu dicis, non ꝫ sufficiens credere. Quia confidere meritꝭ chri, q̄ propter ipm certo velit nobis deus placatus ee, no sufficit ad consecutionem gre, sed oportet, ut credatur omis veritas salutaris, quam credit ecclesia Catholica. Et q̄ si quis ꝫ in pcto mortali, actuali q̄ ꝯterat de illo, quo ptꝫ tua collectione insufficientem & inutilem ee.

Item nec oportet defendere, q̄ sicut p̄ter legem necessaria est promissio chri, ita nccē sit defendere, q̄ fides iustificet. Ut satis notum ꝫ ex dictis. In hoc autem q̄ fides tradit gratuitam ee remissione peccatorum, non iustificat, quia cognoscere remissionem peccatorum ee gratuitam, non excludit pcti morbum, quem, quia gra excludit & curat, ipa iustificat, iuxta supius dicta

Item lex fieri neqt, quo ad intentionem p̄cipientꝭ nisi prius accepto spus. Sed bene quo ad substantiam actus

Stante igitur, q̄ promissio chri sic nccaria sit, que fide apphenditꝭ non sequitur, negantes fidem iustificare effectiue, nil docere nisi legem, abolito Euang° et Chro. Quia cognitio promissionis chri, no excludit nec sanat pctm. Ut dictum ꝫ 2ᵐ Ideoq; omia que hic inculcas ex magna procedunt imperitia, Quapropter dum singulariter vis videri hic [illegible], ondis te multu impitum ee, & Catholice doctrine ignarum

Apologia

Sed nonnulli fortassis, cum dicitur q̄ fides iustificet, intelligunt de principio, q̄ fides sit initium iustificationis, seu preparatio ad iustificationem, ita ut non sit ipa fides illud, quo accepti sumus deo, sed opa que sequuntur

Et sentimus fidem ideo valde laudari, quia sit principium, magna enim vis ꝫ principij. Ut vulgo dicunt αρχη ημισυ παντως. Ut si quis dicat, q̄ Gramatica efficiat omnium artium doctores, quia p̄paret ad alias artes, etiam si sua quenq; ars vere artificem efficit

Non sic de fide sentimus, sed hoc defendimꝰ, q̄ proprie ac vere ipa fide propter Chrm iusti reputemur, seu accepti deo sumus

Et quia iustificari significat ex iniustis iustos effici, seu regnari, significat, & iustos pronunciari seu reputari, utroq; enim mo loquitur

Ideo primum Volumus hoc ostendere, q̄ sola fides, ex iniusto iustum efficiat, hoc ꝟ accipiat remissionem peccatorum

Responsio

Fides nihil ipsius iustificationis formalis ꝟ, sed ꝑparatio quedam dispositiua pre requisita ad iustificationem illa, cum sine fide. Sc̄z Catholica, non tua commentitia, nemo placere possit deo, apostolo auct. hebre. Non ꝟ aut fides illa hoc, quo arripi̅mus deo, sed gratia illud ꝟ Non opera que seqūntur, Ut tu nobis affingis, quasi hoc dicamus

Non somniamus fidem ideo Valde laudari, quia sit primum et quia nihil ipsius iustificationis ꝟ. Sed ideo, quia sine illa deus non dare nobis gratiam iustificantem, qua illi placemus, et propter quam meritales sunt, quas profers de principio

Insuper diris te hoc defendere, q̄ proprie ac vere ipsa fides et quomo hoc defendas nondum video, Audio te multum hereticos et magna pollicteri, sed nil adhuc sequi video, Peroro igitur Ut tandem videam, an quid prometicum velis afferre

Apologia

Offendit quosdam particula sola. cum & Paulus dicat Arbitramur hominem iustificari fide, non ex operib.

Item Ephe. 2. Dei donū ꝟ no ex vobis, neq; ex operibus, ne quis glorietur

Item Rho. 3. Gratis iustificati, Si igitur displicet exclusiua sola, tollant etiam ex Paulo illas exclusiuas, gratis, no ex operib. Domi est ꝛc Nam hę quoq; sunt exclusiue

Excludimus autem opinionē meriti. Non excludimus aut sacramenta, Ut calumniantur aduersarij. Diximus fidem ex Verbo concipi, ac multo maxime ornamus fidem Verbi, Dilectio etiam & opa sequi debent fidem, quare excludūntur, ne sequantur, sed fiducia meriti, dilectionis aut operum in iustificatione, excludūntur, idq; ꝓpter impios ostendendos

Responsio

Particula. Sola, merito quosdam offendit, quia dicit Paulus pro vobis citatis, additis eam, cum tamen Paulus non ponat eam Vos aut tot multo apparatu nobis obijcere soletis, scripturā nil addendum, & nihil demendum esse ꝛc

Satis aut exposui supius, quo Paulus intelligi debeat, quando dicit, ad Rho. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem, sine operibus legis, Similiter illud ad Ephe. 2. Grā saluati estis ꝛc Tu autem hic omittis, Grā saluati estis, quia otra te truncate scripturam citas, ne techne notentur tue

Cur exclusiua dictio displiceat iam audisti, quapropter necesse non est. Ut de Paulo tollantur, que dicis, Frasce sunt igitur & mera vanitas, quando subinfers, Excludimus autem opinionem meriti, quia nemo fidelium hanc opinionem habet, Ut sepe tibi ostendimus huc usque

Non excludimus Verbum & sacramenta, Ut calumniantur aduersarij, ais, At libenter audirem, qui essent illi, Veruntamen excludatis Vel non excludatis, nihil ad nos, qui dicimus sola gratia fieri iustificationem formaliter & effectiue

Dilectio autem & opa que sequuntur gratiam & fiunt ex gratia meritoria sunt glie, de quo tu nihil dicis. Sed quid dicis de fiducia meriti dilectionis, aut opum in iustificatione, quod illa excludantur, cum nemo fidelium dicat illis fieri iustificationem

Quam ridiculose autem dicas, te id perspicue ostensurum, cum in hoc non habeas tibi repugnantem, forsan cum laruis te pugnare iuciat, Veruntamen audiemus te, & respondebimus, Ut te tibi possis ostendere, qualis sis & quantus in pugna laruali

Articulus Septimus

Continet, quod remissione pctorum sola fide in Chrm consequamur

Apologia

Fateri etiam aduersarios existimamus, quod in iustificatione primum necessaria sit remissio pctorum, Omnes n. sub pcto sumus quare sic argumentamur

Consequi remissionem pctorum est iustificari, iuxta illud, Beati quorum remisse sunt iniquitates

Sola fide in Chrm, non per dilectionem, non ppter dilectionem aut opa consequimur remissionem pctorum & si dilectio sequitur [illegible]

[illegible] sola fide iustificamur, intelligendo iustificationem, ex in[illegible] effici seu regenerari

[illegible] facile poterit declarari, si sciamus quomodo fiat remissio peccatorum

[illegible] ime disputant, Utrum sint Una mutatio, remissio peccatorum [illegible] infusio gre, Otiosi hoies quid diceret no habebant

[illegible] probamus Minorem, Ira dei non pot placari, si opponamus nostra opa, quia Chrus propositus est propiciator, Ut ppter ipm fiat nobis placatus pater, Chrus autem non apprehenditur tanquam mediator, nisi fide, igitur sola fide consequimur remissione peccatorum cum erigimus corda fiducia misericordie ppter Chrm promisse

Responsio

In iustificatione per gratiam simul fit remissio peccatorum [illegible] cum deo, Unde maior concedi pot, Minore autem nego, [illegible] Chrm consequamur remissionem peccatorum, quia hanc

non fide, sed grã, q̃ sequimur, Que aũt tu dicis de dilectione & opib. fraſcę sũt, quia illis nos non dicimus quempiam iuſtificari, Sed Larũę tuę quas fingis forsan dicunt, cũm quib. pugnas

Tu autem calidiſsime diſputas, qũ ira tua & impatia succedẽs & inflammaris in aduerſarios, q̃ nollunt pedib. ire in ſnijs tuę nu pietatis & erroris, Vnde non otioſus, ſed multum negotioſus redde ſed abſq; lucro & fructu

Sed videamus probationem tuã ipſius minoris Sen ſubſumpti Diris enim, Ira dei placari nequit, ſi opponamus noſtra opa, quod eq̃ concedo. Sed quid facit ad iuſtificationem apprehenſio mediatoris per fidem. Libenter audirem, qua dialectica colligere poſſis, ideo nos ſola fide conſequi remiſſionem pctorũ, An tu putas ſola cognitione ſi duciali nos q̃ſequi grauã dei, ſine q̃ritione peccatorũ, quam ſequẽ grã, qua remittũtur pcta? Legiſti ne Chriſtum Lucę 13. dicẽte, Ni penitentiam habueritis, ſimiliter omnes peribitis.

Quo liquet, qualis ſit tua argumentatio, quia prorſus elumbis fatua & ridicula, quam & frigidam dicerem, niſi ira & impatia ferũeret in aduerſarios

Apologia

Item Paulus Rho. 5. ait, Per ipm habemus acceſsũ ad pacẽ & addit, per fidem, Sic igitur reconciliamur pri, & accipimus remiſſionem peccatorũ, quando erigimur fiducia promiſſę im ſericordię propter Chrũ

Aduerſarij ſic intelligũt Chrũ mediatorem & ꝓpiatore eſſe quia meruerit habitum dilectionis, Non iubent nunc eo ut mediatore. Sed prorſus ſepulto Chro, fingũt nos hre acceſsum p proprias & per hęc habitum illum mereri, & poſtea dilectione hre pacẽ ſcientię

An non hoc prorſus ſepelire Chrũ, & totam ſpem tollere, Paulus econtra docet nos hre acceſsum, hoc ipſo per Et ut oñderet, quo id fieret, addit, q̃ per fidem habea

Fide igitur propter Chrũ accipimus remiſſionem peccatorũ Non poſſumus ire ad deũ opponere nrã dilectionem

Reſpon:

Sic loquitur Paulus Rho. 5. Q̃ per Ieſum Chrũ habeamus acceſsum per fidem in grauã ipſam, in qua ſtamus Ut tu dicis

Reconciliamur aũt patri, per grauã & non per fidem, ſed ea q̃ ſepe hactenus ſunt dicta

Sic intelligimus Chrũ mediatorem eẽ & propiatorẽ, q̃ meruit nobis grauã ſua paſsione, qua remittũtur nobis peccata one ampliũs non mereatur nobis illam, quia ampliũs non nec moritur

Ex quo non sequitur, nos amplius eo non uti, tanquam mediatore quia, ut ad Rho. 8. dicitur, Ipse est ad dexteram dei, ubi interpellat pro nobis. Et ad heb. 9. Ipse introijt in celum, ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Et 1. Iois. 2. dicitur. Aduocatum habemus apud patrem, Iesum christum iustum, qui est propiciatio pro peccatis nris. non pro nostris aut tm, sed etiam pro totius mundi

Meruit autem nobis Chrus sua passione semel gratiam reconciliationis. Non quod amissa hac per peccatum mortale actuale non possimus recuperare eam, quia toties eam recuperamus, quoties lapsi ad penitentiam recurrimus, quia non solum septies, sed septuagies septies etc. Math. 18. hoc est toties quoties etc.

Sed per quem recuperamus illam, nisi per Christum interpellantem pro nobis apud patrem? iuxta illud apostoli de Chro loquentis Qui traditus est propter delicta nostra (scz semel) et resurrexit propter iustificationem nostram, quoties scz opus nobis fuerit, quia ad hoc constitutus est aduocatus noster. etc.

Quomodo idcirco tu tam impudenter nugari de nobis non erubescis, dicendo. Nos nunc non uti eo mediatore, sed prorsus nobis ipsum sepultum esse

Et quis queso ex nobis fingit nos hre accessum per propria opa, et per illum habitum primum, hoc est charitatem infusam mereri etc. saltem unum ex nobis nomines, qui nos omnes hac impietate infamas, quod quia facere nequis, ipse velim iudices, qualis sis, et quid merearis apud deum et homines

Nec sufficiunt tibi nugae tuae, quib. dicis nos prorsus sepelire [illegible] sed simul addis nos etiam totam fidei doctrinam tollere, quod [illegible] utique impij essemus, Sed videas tu cum tuis ne hoc [illegible] qui in mirabilib. ambulatis supra vos, et non sapitis ad [illegible] sapientes, non estis humilib. consentientes, qui remanent [illegible] catholica, captiuantes omnem intellectum in obsequium Chri, [illegible] audiendo et sequendo ecclesiam, quam suorum capitum inuenta, ut vos [illegible] ecclesiam scz Catholicam esse Columnam et firmamentum Veritatis Tim. 3. ad quam in controuersijs tanquam ad anchoram est confugiendum eo quod hec habet spiritum Chri sponsi sui, qui illuminat et dirigit eam, nerret in his que sunt fidei recte, et vitae Christianae

A qua ecclia, tu cum tuis defecistis, et noua erigere molimini, quam inuisibilem dicis. At ego dico eam coprotinam, hoc est stercoraria, quia doctrina [illegible] stercorib. hereticorum conflata. hec aut doctrina prorsus sepelit et ob[illegible] et totam fidei doctrinam euertere molitur, At durum est [illegible] calcitrare

Apologia

Secundo certum ꝫ pcta remitti propter propiciatore Christum Rho. 3. quem posuit deus propiciatorem

Addit autem Paulus p fidem, Itaq; nobis prodest hic ppiciator cum fide apphendimus promissam in eo misericordiam, Et opponi eam ire ac iudicio dei

Et in eandem sniam scriptum ꝫ ad heb. 4. habentes pontificem [illegible] Accedamus cum fiducia, Iubet n. accedere ad deum, non fiducia nrorum meritorum, sed fiducia pontificis Chri, requirit igitur fidem

Respon.

Non inficiamur peccata remitti propter Chrm, sed dicimus illa remitti p gratiam, non p fidem, & si fide accedamus ad gratiam eo q sine fide impossibile sit placere deo, iuxta sepe hactenus dicta

Itaq; prodest nobis hic propiciator, cum in fide quaerimus misericordiam eius, orando illum pro ea, cum ꝯtritione pctorum nostrorum, quia sic remittit nobis ea

Apprehendas autem tu fide tua comentitia, Utcunq; velis promissam in eo nia, & opponas eam ire ac iudicio dei, no consequeris remissionem peccatorum, sine ꝯtritione, q ꝫ penitentia interna, iuxta illud Luce. 13. Nisi penitentiam habueritis, similiter omnes peribitis &c

Hanc pnam nos opponimus ire & iudicio dei, qua ille gratiose respicit & recipit, & misericordiam suam imptitur nobis & dat nobis gratiam, qua remittit nobis pcta, Non q nos hac pnia [illegible] de condigno gram illam, qr gra hec no cadit sub tali debito [illegible] alias non eet gra, ad Rho. 11. Sed disponimus nos ad illam, [illegible] sitionem requirit a nobis deus &c

Et idem vult Paulus ad heb. 4 Ubi hortatur nos accedere [illegible] thronum gratie eius &c, non fiducia larvale meritis & [illegible] quam tu toties nugose nobis affingis, Ut te larvale [illegible] ipse probes & ostendas

Apolo.

Tertio, Petrus in act capite 10, Huic prophete te [illegible] perhibent, remissionem peccatorum accipe p nomen eius, omnes qui credunt in eum

Quo potuit clarius dicere, Remissionem pctorum accipe inquit p no eius, hoc ꝫ, propter eum, ergo non propter [illegible] no ppter nraz ꝯtritione, attritionem, dilectionem, cultus [illegible]

Et addit, cum credimus in eum, Requirit igitur fidem, Neq. n. possumus apprehendere nomen Chri, nisi fide

Preterea allegat consensum omnium prophetarum, hoc vere est allegare ecclie authoritatem, Sed de hoc loco, infra de penitentia rursus dicendum erit

Respon.

Nemo nrm negat remissionem pctorum accipi p nomen eius, i propter eum, quia propter illum datur gra, qua remittuntur pcta

Sed quid iterum inculcas, ergo non propter merita nostra, quasi nos hoc dicamus, laruis tuis hoc dicas, cum quib. certas

Requirit fidem Chrus, Ut det gram, qua iustificat, qz sine fide, sc. Catholica, impossibile est placere ei, igitur sine fide non dat gram, qua reconciliatio fit peccatoris

Allegare aut consensum omnium prophetarum, non est allegare ecclie authoritatem, Quia prophete non erant tota ecclia, sed quib. reuelatio facta est illa, Per quod tamen non volo authoritatem illorum non valere, cum non minus ex spus. loquuti sint, quam ecclia ex illius illuminatione definire solet, Sed qd hec ad scopum tuum? certe nil, igitur

Apolog.

Quarto. Remissio peccatorum est res promissa propter Chrm, igitur non pot accipi, nisi sola fide, Nam promissio accipi non pot, nisi sola fide. Rho. 4. Ideo ex fide Ut sit firma promissio secundum gram, Quasi dicat, Si penderet res ex meritis nris, incerta et inutilis eet promissio, quia nunquam constituere possemus, quando satis [illegible] essemus

Idque facile intelligere queunt perite conscientie, ideo Paulus ait [illegible] Conclusit deus omnia sub pctm, Ut promissio ex fide Iesu [illegible] credentib.

Sed ad [illegible]

[illegible] detrahit meritum nobis, quia dicit omnes reos ee, et conclusos [illegible] pctm, Deinde addit promissionem, videlicet, remissionis pctorum iustificationis dari, Et addit, quo accipi promissio possit, videlicet fide,

Atque hec ro sumpta ex na promissionis apud Paulum pcipua est et sepe reptitur. Neq excogitari neq fingi quicquam pot, quo hoc Pauli argumentum euerti queat

Proinde non patiantur se bone mentes depelli ab hac sua, quod [illegible] fide accipamus remissionem propter chrm, In hac hnt certam et firmam consolationem aduersus peccati terrores, et aduersus eternam mortem, et aduersus omnes portas inferorum

Respon.

Que affers nemo fidelium negat, Sed q iterū repetis laruā lia merita, que non sunt in rerum nā, quis non rideb.? Sed for san aliūd nihil habes, quo colorem tuis comentis queras

Et nemo fidelium negat, promissionem, scz grē, dari credentib. ex fide, scz premia, cūm sine illa gr lege nō detur grā, qua remittūtur pcta. Nec aliūd vult Paulus in crebra repetitione sui argumenti.

Proinde caueant bone conscientie ab hac tua scia, q in fide accipiamus remiss. ii Quia sine gratiosa in fide no datur gratia qua remittitur pcm mortale actuale, Consolatio igitur tua consolatio non b, sed deploratio eorum, q tuis credunt Sycophantis, contra doctrinam catholicam.

Apologia

Cūm autem sola fide accipiamus remissionem pec. & reconciliationem propter Chrm, sola fides iustificat, quia reconciliati reputantur iusti, & filij dei, non propter suam mundiciem sed misericordiam propter Chrm, Si tamen hanc mia apprehendant fide. Idcoq scriptura testatur, q fide iusti reputemur

Adijcimus igitur testimonia, que clare pronunciant, q fides sit ipa iustitia, qua coram deo iusti reputamur, Videlicet, non quia p sese sit opus dignū, sed q accipit remissionē, qua deo pollicitus est, q ppter chrm velit propitius ee credentib. in eū. Seu q sentit, q Chrus sit nob factus a deo, sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio

Responsio

Nondum probasti vere, sola fide nos accipe remiss. pec. nec probasti fidem solam iustificare, Ego autem omnia argumenta es, hucusq satis confutaui, Cuig iudicio relinquo lectori, cui saltem fuerit iudicium

Reconciliati reputamur iusti & filij dei a gratuita qua nos sibi reconciliauit, & adoptauit nos in filios, Que autem affers, nenie sunt similes, pter quas nihil habes, quo agas, quae etiam ad fastidiū usq repetis, adeo, Ut me pigeat tam crebro illa rūdere, Sed videamus testimonia, que vis adijcere pro tua opinionis confirmatione.

Apologia

Paulus in epta ad Rho. precipue de hoc loco disputat, & probat q gratis iustificemur, fide, credentes deum nob placatū propter Et hanc propositionem capite 3. que statum vniuersi distinguit tradit, Arbitramur hoīez fide iustificari, nō ex op

Hic aduersarij interptantur Ceremonias Leuiticas, & Paulus non tm̄ de Ceremonijs loquitur, sed de tota lege, Allegat n. infra ex Decalogo. Non concupisces, Et si opa moralia mererentur remissione pecc. & iustificationem, etiam nil opus eet Chro & pmissione, & ruerent omnia illa, que Paulus de promissione loqtur

Male etiam scriberet ad Eph. gratis nos saluatos ee, & donum dei ee non ex operib.

Item Paulus allegat Abraam, allegat Dauidem, At hij de circumcisione habuerunt mandatum dei. Itaq; si ulla opa iustificabat nec erat illa opa tunc, cu mandatu haberent, etiam iustificasse

Sed recte docet Aug. Paulum de tota lege loq. sicut plixe disputat de spiritu & lra, Ubi postremo ait, his igitur consideratis ptractatisq; pro Virib. quas dominus donare dignatus, Colligimus, non iustificari hominem preptis bone vite, nisi p fidem Iesu Chri

Responsio

Ne multis verbis preter fructum & necessitatem diffluam [illegible] breuiter iuxta supius dicta. Paulum aliud non velle, quam q gratis iustificemur gratia, sed preuia fide

Quod autem dicis de interptatione de Ceremonijs Leuiticis disputa cum illis, qui hoc faciunt, nos n. non facimus, Nec dicis opa moralia mereri remiss. pecc. Cum illa remissio fiat p gram que non cadit sub merito nostro &c

Propter has causas contendit Paulus, q no iustificemur ex lege. & opponit legi pmissione remissionis pecc. q propter Christum donatur, Ac docet nos gratis propter Chrm fide accipere remissione pecc.

Ad hanc pmissionem revocat nos Paulus a lege, in hac promissionem iubet intueri, que certe irrita erit, si prius lege iustificamur, quam per pmissione, aut si propter nram iustitiam consequimur remissione pecc.

At constat q ideo data e nobis pmissio, ideo exhibitus e Christus, quia legem no possumus facere Quare nce e prius nos pmissione reconciliari, quam legem facimus

Promissio aut tm fide accipitur, igitur nce e contritos apprehendere fide pmissionem remissionis pecc. donate propter Chrm, ac statuere, q gratis ppter Chrm habeant placatum patrem

hec e sma Pauli ad Rho. 4. ubi inquit, ideo ex fide, ut scdm gratiam firma sit promissio

Et ad Gal. 3. Conclusit scriptura omnia sub peccatum

Ut promissio ex fide Iesu Chri detur credentib. Id est, oes sunt sub pcto, nec possunt aliter liberari, nisi fide apphendant promissionem remissionis pecc.

Prius igitur fide oportet nos accipe remissionem pecc. q̃ legem facimus, & si, Ut supra dictum ꝫ, fidem dilectio sequitur, qz renati spm̃s accipiunt, ideo lege facere incipiunt

Citaremus plura testimonia, m̃ obuia eent cuilibet pio lectori in scripturis. Et nos non nimis prolixi ee cupimus Ut facilius hec ca perspici possit

Responsio

Certum ꝫ iustificari nemine ex lege, cu clare hoc dicat Paulus, & doceat nos gratis iustificari gra ppter Chrm qui nob hanc meruit sua passione, Non igitur fide accipimus remissione pecc., sed gra, que excludit peccatu, no fides, & si fides requiratur ad consecutione illius gre, cum sine fide impossibile sit, quempia viatoru, lege coi placere deo

Lege communi dico, ppter sanctificatos in Utero, qualis erat hieremias & baptista Christi, qui p etatem nodum capaces erant fidei actualis, & tamen placuerunt deo, quia gra, qua sanctificati erant

Viatorum aut dixi, propter Chrm, q sanctus sanctorum erat, scdm humanitatem suam, & tamen no habuit fidem eo q comphensor erat ab instante conceptionis sue, habuit autem gram sibi concreatam, qua sanctificabatur. hic te libenter audirem, qui tantopere strepis de iustificatione fidei & sanctificatione

Quero autem hic a te, si fide accipimus remissione pecc. an hoc fiat mediante gra, vel sine gra, que ꝫ charitas infusa. Si mediante gra, ergo fides disponit & preparat ad illam & non excludit pctm, sed gratia hoc facit, que gratu reddit hominem deo. Si autem sine gra erit homo gratus & acceptus nec non charus deo absq gra, que ꝫ charitas infusa

Non dicimus nos quempia iustificari lege, nec dicimus nos propter nostram iusticiam consequi remissionem pecc. ideo nuge sunt omnia que hic dicis, & si millesies ea repeteres ad generandum fastidium legenti. Profluis n. verbis ociosis & nugosis nimis, Ut qui nihil veritate potes, saltem verboru multitudine, & creberrima illorum repetitione, aliquid facere videaris

Legem facere non possumus, quo ad intentione precipientis quod ꝫ meritorie, sine gra, preter quam tamen eam facere possumus, q ad subam actus, Ut crebro dictu ꝫ huc usq

Non iustificamur promissione aliqua, ut tu fabularis sed gratie collatione, que promissa est conterenti, quia dum gratia nobis datur, iustificamur, non quando illa nobis promittitur, promissa est omnib., sed non datur omnib., quia non omnes faciunt, que ad illius consecutionem requiruntur, quapropter nihil sunt omnia, que fabularis de promissione, & de apprehensione promissionis fide, ideo ne iustificatur quispiam quia credit & intelligit nobis promissam esse gratiam iustificationis? Nequaquam. Quia dicit scriptura, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, quasi diceret, qui crediderit & baptizando gratiam consequitur, que fidem viuificat, & peccatum aufert & excludit, saluus erit, &c

Quapropter b. Paulus Rho. 4 quem tu citas, quod ex fide secundum gratiam firma sit promissio, quia dum gratia illa datur credenti, firmatur promissio, quia finem suum nanciscitur

Et quid iterum repetis antiquam laruam tuam, quod non possint aliter liberari peccatores, nisi fide apprehendant promissionem remissionis peccatorum, liberabitur ne quisquam a peccatis fide cognoscendo ~~peccatum~~ promissionem remissionis pecc.? quid credulitas & intellectio illa promissionis facit ad iustificationem? que est per gratiam? nisi quis simul fecerit que requiruntur ad illius gratie consecutionem, ut sunt Contritio, restitutio, & id genus alia

Num tu viam arctam, que ducit ad vitam, dilatare studes, ut tibi credentes non celum, sed orcum adire facias? Tu populo placentia loqueris, non utilia, que docet deus, unde se beatum putat populus, si sola fide possit saluari, sed non attendit, quid sibi Esa. 3. dicat dominus, cum inquit, Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant

Purgas te cur non plura cites testimonia, quia non cupis nimis prolixus esse, quo mendacio tam patente, confirmas reliqua omnia, quib. hactenus strepuisti, & ad nauseam usque repetendo & replicando profluxisti. Si facilitati studeres, tot ambagib., tot repetitionib. non diffluceres

Sed placet tibi libellum turgescere nugis, quando argumentis veris, quib. agendum esset, cares, Et ubi hec queso caperes, quando eos quib. congrederis Audabatarum more prorsus nec capis, nec intelligis?

Apologia

Neque vero dubium est, quin hec sit sententia Pauli, quam defendimus, Quod fide accipiamus remiss. pecc. propter Christum Quod fide mediatore Christum opponere debeamus ire dei, non opera nostra

Nec ꝑturbentur piæ mentes, etiamsi Pauli sniãs calũmentur aduersarij, Nihil tam simplr dꝫ, quod nõ queat depravari cauillando, Nos scimus hanc quã dixiꝰ Veram et germanã Pauli sniãm ẽẽ. Scimꝰ hanc nrãm sniãꝫ pijs conscijs firmam consolatione afferre, sine qua nemo consistere in iudicio dei queat

Itaqꝫ repudientur illæ pharisaicæ opimones aduersariorum, Q non accipiamus fide remissione pecc., sed ꝙ oporteat mereri dilectione nostra, & opib.

Q dilectione nrãm & opa nrã iræ dei opponere debeamus, ħ doctrina legis ꝫ, non Euangij, que fingit prius homine lege iustificari, qꝫ ꝑ Christum reconciliatꝰ sit deo, cum Christus dicat, Sine me nil potestis facere

Item, Ego sum Vitis Vera, Vos palmites

Verum aduersarij fingunt nos ẽẽ palmites Moisi, non Chri, Prius .n. Volunt lege iustificari. Dilectione nostram & opa nrã offerre deo, qꝫ reconciliemur deo ꝑ Chrm qꝫ sint palmites Christi

Paulus contra contendit, legem non posse fieri sine chro ideo promissio prius accipienda est, Ut fide reconciliemꝫ deo, propter Chrm, qꝫ legem facimus

Hec satis perspicua ẽẽ pijs ꝯscijs existimamꝰ. Et hinc intelligent, cur supra professi simus iustificari homines fide, non dilectione, qꝛ oportet nos opponere iræ dei, nõ nrãꝫ dilectionem aut opa, aut confidere nostra dilectione ac opib. sed Chrm mediatorẽ. Et prius oportet apphendere promissionem remissionis pecc. qꝫ legem facimus

Responsio

Putabam te alia allaturum, sed redis cũ prioribus frascis & nugis & strophis, Et quoties queris tibi respõderi ad Vnũ & idem. Tu non defendis sniãm Pauli, sed repetis tuum cõmentũ, ꝙ fide fiat remissio pctorum, que gratia fit, non fide

Nihil habemus quod iræ dei opponere possimꝰ, sed petimus miãm eius & grãm, & hec opponimus iræ eius, que nrã non sunt sed eiꝰ. Sed quero a te, cum fides tua cõmentitia sit opus tuum, quod Vtiqꝫ credendo producꝫ, an hoc opus possis opponere iræ dei, quod si feceris, num in nob arguis quod in te inuenis, & non in nobis, & quoties obiecisti nobis iustificatione ꝑ opa nrã, quã tñ nusqꝫ posuimus Vnqꝫ,

Si mica pudoris in te eet, erubesceres tot nugis toties repetitis in nos insolescere

Non calumniamur nos Pauli sniam, sed tuas nugas quibus iniuriam Paulo facis, quem a sensu germano & natiuo impie torques, in operculu & fucum tue impietatis & pfidie

Non sunt gscie pie, que tuis adherent nenijs & fabulis que falsam consolationem ex illis recipiunt, putantes se beatas, cum sint misere, & miserrime decepte

Chrus Iois 3. dicit Qui non crediderit in filiu dei, iam iudicatus e, in filiu dei aut non credit, q non credit expresse vel implicite omez veritatem salutarem que ab illo e, p suu spm, quam credit ecclia Catholica sancta. Cu doctrine tu cum tuis reluctaris, ideo vobis adherentes timere habent, q ad tribunal Rhadamanti cogantur tandem stare, & illius sniam & iudiciu audire, qui digna fctis rependit, in stagno ardente igni & sulphure. Apoc. penultio

Non est opinio pharisaica, sed veritas Catholica, q non accipiamus fide remissione pecc., quia illam recipimus gra, que non est fides, quia fides actualis e opus nostrum gra aut meru dei donum, quia charitas infusa

Sed qn dicis aduersarios velle, q oporteat nos mereri, dilectione nra & opib. remissionem pecc., egregie in nos mentiris. Scripsit Monetarius Luthero tuo, q mentiretur in collum suum lanceali longitudine, sed videas tu, ne in nos mentiaris, non solu longitudine lanceali, sed etiam decem pedali, imo & longitudine parasange

Nec fingimus nos homine prius lege iustificari, qz p Chrm reconciliatus sit, sed tu fingis impie hoc de nobis q nullas erubescis nugas, quod Euang subscamnali habes referre acceptum, hoc etenim facit perfricare fronte, & nemini restituere famam lesam, neminiqz restituere bona vi ablata, siue hoc sit per furtum, rapinam, siue p sacrilegium. De cuius fructib. & miraclis, late scripseram alibi quia in Dialogo de mrimonio sacerdotali & Monachali

Non fingunt vos aduersarij vri palmites Moisi, non Christi, sed palam dicunt, vos non ee de ecclia Chri, quia schismatici estis, de ecclia Catholica prisi, q e ecclesia Chri, non vestra Coprotina, que e Synagoga Sathane

Tu aut repetis laruas tuas, de iustificatione legis &

opum, ad quas iam plus quam Centies responderam, Sed quia nihil habes in mantica tua preter laruas tuas nugaces, ideo illis agis quoad poteris

Hee nuge tue & larue satis perspicue sunt Catholicis, At non sic tue farine homunculis, qui putant se inuenisse nectar & Ambrosiam, cum nihil nisi hereticorum stercora gustent & Vorent

Apologia

Postremo, quando erit pacata conscientia, si ideo accipimus remissionem pecc., quia nos diligimus, aut legem facimus? Semper enim accusabit nos lex, quia nunquam legi dei satis facimus, sicut inquit Paulus, Lex iram operatur

Chrisostomus querit de penitentia, Vnde certi reddamur, peccata nobis remissa esse. Querunt & in sententijs eadem de re aduersarij. hoc non potest explicari, Non possunt conscientie reddi tranquille, nisi sciant mandatum dei esse & ipsum Euangelium, Vt certo statuant propter Christum gratis remitti peccata, nec dubitent sibi remitti

Si quis dubitat, Vt Ioes ait, accusat promissionem diuinam mendacij

hac certitudine fidei, nos docemus requiri in Euangelio

Aduersarij relinquunt conscientias incertas & ambigentes Nihil autem agunt conscientie ex fide, cum perpetuo dubitat, Vt habeant remissione

Quomodo possunt in hac dubitatione inuocare deum? Quomodo possunt statuere, quod exaudiantur, ita tota Vita sine deo, & sine Vero cultu dei, hoc est quod Paulus ait, peccatum esse, quicquid non fit ex fide

Et quia in hac dubitatione perpetuo Versantur, nunquam experiuntur quid sit fides, ita fit, Vt ad extremum ruant in desperationem, talis est doctrina aduersariorum, doctrina legis, abrogatio Euangelij, doctrina desperationis

Nunc libenter omnibus bonis Viris permittimus iudicium de hoc loco penitentie, nil enim habet obscuri, Vt pronuncient, Vtri magis pia & salubria conscientias docuerint, nos an aduersarij

Profecto non delectant nos hee dissensiones in ecclesia Quare, nisi magnas & necessarias causas haberemus dissentiendi ab aduersarijs, summa Voluntate taceremus

Nunc, cum ipsi manifestam Veritatem damnent, non est integrum nobis deserere causam; non nostram, sed Christi & ecclesie

Responsio

Tunc pacata erit conscientia, quando premia contritione nacta est gratiam, qua remittuntur peccata

Non ideo accipimus remissionem pecc., quia diligimus aut quia legem facimus, sicut tu nugose nobis asscribis, accuset lex semper ut velit, hoc nos certe credimus, quod dum de pctis conterimus, remissionem illorum consequimur, iuxta dei promissionem Ezech. 18. explicatam

Hac fidei certitudine certificamur, & certi reddimur pcta nobis ee remissa. Et licet in fide illa, non sit euidentia, ꝫ tamen certitudo ibi, que sufficit in pnti vita. Fides quippe noticia certa ꝫ, licet ineuidens, quando opinio ꝫ noticia cum formidine de opposito

Ecclesiastes cap. 9. dicit, Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed oia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa aeque eueniant iusto & impio, bono & malo etc. Quib. verbis excludit certitudinem euidentie, sed non certitudinem fidei, q ineuidens ꝫ pro pnti vita, nisi alicui reueletur amor ille dei, sicut paulo fctm ꝫ, qui propterea dixit, Certus sum quia potens ꝫ, cui credidi, depositum meum seruare in illum diem. 2. Timo. 1. & ca. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui in reliquo reposita ꝫ mi corona iusticie, quam reddet mi dominus in illa die, iustus iudex

Et unde Paulo erat ista certitudo? nisi ex reuelatione q. 2. Cor. 12. explicatur, qn dominus dixit illi, Sufficit tibi gratia mea Qua se dixit ee, quod eet apud deum, que gra nec vacua fuit in eo. 1. Cor. 15.

Certo statuere hnt omes fideles ppter Chrm gratis remitti pcta, quia sua gra, que non cadit sub merito nro, alias gra non eet. Rho. 11. Vult tamen Chrus contritione pcurrere, tanqz quandam dispositione & preparatione, ad recipiendu gram, no quod qs illa mereatur recipere gram

Nec habet dubitare fidelis pcta sibi remitti, sed debet hoc credere, quod si fecerit, non ꝫ ibi dubium, quod locum habet in opinione, sed non in fide

Tam videas an aduersarij tui relinquant conscias fidelium incertas & ambigentes, ut tu nugose illis asscribis, no intelligens, vel intelligere dissimulans doctrinam illorum, Quo liquet nugas frascosas ee, q comentarius in aduersarios tuos

Sed quando Paulus ait ad Rho. 14. Ome quod non ꝫ ex fide, pctm ꝫ, nil facit pro te. Quia hoc ibidem vocat fieri no ex fide, quod fit contra ꝯsciam, ut ibidem exponit de maducatione per offendiculum etc

Et si omnia pcta eent, que ex fide non fiunt ad tuum sensum peccasset Cornelius suis Eleemosinis & oroib. Act. 10. & Naaman Syrus 4. Regum. 5. p ea opa ppter q dnus dedit salute Syrie

Et quis non ridebit tantam in te insania, qua dicis, doctrinam aduersariorum tuorum, ee doctrinam desperationis, & abrogationis Euangij; Nisi loquaris de Euang. tuo Criptico, & subscamnali, quod quia non recipimus, sed reprobamus & confutamus Ideo tantam in nos querelam a Vobis sustinemus, cora desperatis in Catholica fide, qui a Veritate salutari deficientes, ad nugas Vras fabulares declinauerunt

Et nos nunc pariter omnib. in pietate Vera, & syncera Veritate remanentib., qui soli sunt boni Viri bonitate salutari, iudicium libenter relinquimus de tuis nugis, quas absq; nuo in nos commentaris qn nil obstat, quo minus intelligant illas, adeo ipe eas depinxi suis colorib., detrahendo eis omnem fucum & colorem, quib. tu ornaueras illas

Si non delectant te dissensiones iste in ecclia, cur tu cum tuis excitatis ipsas in ea. Que aut sint magne & necarie cause iste Vestre, dissentiendi a doctrina Catholica, alias ipe no expior qz qd schismata amatis, & supba ambitione tumescitis, nolentes audire ecclam, que Columna b & firmamentum Veritatis, ad Timo. 3. quam dum audire recusatis, & Vos illa doctiores censetis & putatis, quid aliud facitis, qz qd spms refutatis, q illius illuminator b & rector, Ex cuius instinctu dicit Paulus oez intellectum captiuandum ee in obsequium Chri, credendo plus illius sponse, qz proprio suo capiti & imaginationi

Non damnamus nos manifestam Veritate, sz nugas Vras ac comenta Vra damnamus, quib. reluctamur doctrine Catholice

Non b causa quam tuemur, Chri & ecclie, sed b ca Belial, qui iugum excussit obedientie in celo, & Sathane, qui aduersatur Chro in terris, Chrus n. Veritas b, Ut seipm Vocat Iois. 14. A quo b omnis Veritas salutaris p spm eius. Sathanas aut mendax b, & in Veritate non stetit, ideo omes ex parte sunt eius, qui Veritatem Catholicam ferre nequeunt, sed illi renituntur & reluctantur, Ut tu facis, cum tuo Luthero, & alumnis Vris

Causa Chri & ecclie eius, no nugis & strophis, qualib. tu agis, sup omes tue farine homuciones manu tenetur & fouetur, sed pietate Vera & doctrina syncera, a quib. tua distant comenta, quantu a Gadib. Ganges, & celum a terra

Apologia

Diximus quas ob cas posuerimus has duas ptes pnie,

Contritione & fidem, idq; hoc fecimus libentius, quia circumferuntur multa dicta de pnia, que truncata citantur ex patrib. que ad obscuranda fidem detorserunt aduersarij

Talia sunt, pnia ꝫ, mala pta deplangere, & plangenda iterum no comittere. Item. pnia ꝫ quedam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet se comisisse

In his dictis nulla fit mentio fidei, ac ne in scholis quidem, cum interptantur, aliquid de fide additur

Quare nos eam, Ut magis conspici doctria fidei posset, inter partes pnie numerauimus, Nam illa dicta, que ꝯtritionem, aut bona opa requirunt, & nulla fidei iustificantis mentionem faciunt, piculosa ee, res ipa ondit,

Et merito desiderari prudentia in istis pot, q Centones illos Sententiarum, & Decretorum congesserunt

Nam cum patres, alias de alia pte pnie loquantur, no tm de vna pte, sed de vtraq; hoc ꝫ, de Contritione, & fide, excerpere & coniungere sententias profuisset,

Nam Tertullianus egregie de fide loquitur, amplificas Iusiurandu illud apud prophetam. Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem pctoris, sed Ut conuertatur & viuat. Quia n. iurat deus. nolle se mortem pctoris, ondit reqri fidem, Ut iuranti credamus & certo statuamus, eum nobis ignoscere,

Magna debet ee authoritas, apud nos, promissionu diuinarum per sese. At h promissio etiam iure iurando ꝯfirmata est, Quare si quis non statuit sibi ignosci, is negat deu verum iurasse, qua blasphemia atrocior nulla excogitari pot,

Sic n. ait Tertullianus. Inuitat pmio, salutem iurans etiam. Viuo dicens, Cupit sibi credi. O btos, quorn causa iurat deus, O miseros, si nec iuranti domino credimus,

Responsio

Tu multa dicis in aduersarios tuos, sed nil probas ꝯtra eos. Si dicere in quempiam satis eet, scurre & pastillophori multis parasangis te post se relinquerent

An putas a te citata, nihil veri continere, qr nulla fidei mentione faciunt? horum dictorn authores fidem in suis dictis presupponunt, fidem Catholicam, extra qua no ꝫ pnia vera, Tu autem in tuis laruis, Ubiq; fidem inculcas, no Catholicam sed tuam comenticia, & fabularem, ad fastidiu usq; & nausea legentis, pter omnem necessitatem, & comoditatem,

Obscurant ne fidem a te citata? Num in Contritione

q̃ue ℔ pn̄ia interna, dolemus de pet̄is com̄issis cū proposito
cæpti cauendi illa: obscuratur ne hic fides q̃a creditur sic
fieri & fieri debere.

Obscuratur ne ibi, q̃ conterens dolendo pūnit, & vindicat
in se malum, q̃od com̄isit? Et quid in scholas insolesas, in q̃
bus, vbi oportunū fuerit, & res ipa postulauerit, de fide fit men-
tio satis copiosa, & vltra, q̃ vobis pistologis placeat, q̃ multa de
fide blacteratis, & nescitis qd sit fides, vt satis superq̃ de te iste li-
bellus tuus testatur, nugosus, scomatosus & Syrmatosus, cui si
nugas, strophas, technas, cōuicia, calūmnias, & inutiles ac nau-
seales repetitiones subtraxeris, vix trib. opus hret paginis

Doctrina vere fidei, non conspectior, sed obscurior redditur
dum fides ipa inter ptes pn̄ie reponitur, quia non ℔ pars pe-
nitentie, vt satis ostensum ℔ hucusq̃, sed penitentia ea requirit
vt in ea fructuose fiat, nō aut vt sit ps eius, vt tu gmentaris

Non sunt piculosa dicta illa, q̃ue Contritionem requrunt
in penitendo, quia illa Contritio ℔ vera pars pn̄ie, opera aut
bona meritoria gliæ sequūtur gram̄, que in Contritione infun-
ditur, ideo nesc. quid de operib. illis loquaris, opa aut precedtia
gram̄, & si bona & vtilia sint, non sunt tamen meritoria, vel
gratie, vel gloriæ, Non grē, quia h non cadit sub merito nostro.
Nec gliæ ob defectum gratie, que ℔ radix merendi,

Sed dicas q̃eso, que sit illa res, q̄ pictum hoc oūdat, forsitan
nugæ tuæ, cum tua impicia, que te in pictum & fame & salūtis
ponunt, qui despectiue Centones vocas patrū Collectanea de
sententijs & decretis, in profectum & vsum ecclie sancte, tu prū
dentiam in eis desideras, qui ecclie studuerunt, & placuerut, &
non vides, nec considéras nugas tuas, qb. illi noces, & displices,

Non loquūntur patres, dum pn̄ie ptiū mentionē faciunt
de fide, tangq̃ & illa sit pars pn̄ie, sed volunt illam regri inter pe-
nitendum, vt pn̄ia in ea fructuose fiat, nec aliud vult Tertul-
lianus, quem citas, vt cumq̃ illum torq̃ueas ad tuū sensum,
vult. n. pniam fieri debere in fide, sed non vult fide pn̄ie ee ptem

Deus vult sibi & sue promissioni credi, non solū in pe-
nitendo, sed etiam in alijs reb., sed nullibi habet scriptura,
nec ex illa q̃uinti potest, q̃ credulitas illa sit pars pn̄ie, Tu at
torq̃ues & scripturam & dicta patrū, pro tuo arbitrio, in calu-
niam doctrinæ Catholicæ, q̃az libenter velles subuertere,

Apologia

Atq̃ hic sciendum ℔, & hec fides debeat sentire, q̃ gratis
nobis ignoscat deus propter Christum, propter sua promissione

non propter opa nostra, Contritione, Confessione, Satisfactionem, aut dilectionem

Nam si fides nitatur hijs opib., statim fit incerta, qz cosciā pauida videt hec opa indigna ēe, ideo pclare ait Ambro. de pnia, Ergo & agendam pniam & tribuendam veniam credere nos cōuenit, Ut veniam tn tanqz ex fide speremus, tanqua ex Syngrapha fides impetrat

Item fides b, que pcta nra coopit

Extant itaqz sentencie apud pres, non solu de Contritioe, & operib., sed etiam de fide

Verum aduersarij, cum neqz naz pnie intelligat, neqz sermonem patrum, excerpunt dicta de parte penitentie videlicet de operib., Alibi dicta de fide, cum non intelligunt, pretereunt

Responsio

Idem sentit fides Catholica, quapropter impie & frustra repetis laruam tuam, qn dicis, non ppter opera nra ꝛc Et quem ex nobis unquam vel legisti, vel audisti, tenere, deu ignoscere nobis pcta, propter opera nra, que narras, & non propter Chrm, quasi nos mereamur gram, que no cadit sub merito nostro, Christus aut sua passione meruit nobis illam, & dat eam nob gratis, si recte disposuerimus nos ad illam conterendo ꝛc quam dispositione reqrit, Ut pt; Ezech. 18. ꝛc

Nec fides nititur hijs opib., sed promissioni diuine, cui credit homo in consecutionem gratie, ideo quasi omia nuge sunt, quib. contedis & agis in nos

Et Ambro. nil aliud vult, qz quod iam dictum b, agēda est n. pnia, & credenda venia, quam no consequmur, nisi fide pnia, cum sine illa sit impossibile placere deo, & accedere ad deum, qui datur in gratia, quia spus. datur in illa, Ut sepe dictu est

Nec fides impetrat gram, nisi dispositiue, alias gra eet ex merito nro, de Charitate aut dicitur 1. Pet. 4. qd operiat multitudinem pctoru, cui qz fides coopatur, dicitur & ipa aliq modo coopiri peccata

Non ignoramus extare snias apud pres de fide, sed nullum dicere inuenimus, qd fides sit pars pnie, sed oes volut pniam fieri debere in fide, si debuerit fructuose fieri

Verum aduersarij tui, quia sequuntur doctores Catholicos, quos Chrus ecclie sue dedit, ad Ephe. 4. ideo tibi nil sapere videntur, qm sequuntur doctrinam hoim, que no capit naz pnie, Tu aut quia Theodidactus es, non instructus ab ho-

minib., ideo solus capis nam pnie, & si nullam habeas scriptu-
ram, qua te docere possis ee Theodidactum, At satis b te dicere,
quis .n. non credat libenter homi tam veraci, qualem te presti-
tisti in pnti libello tuo nugacissimo

Nec sermone patru intelligimus, quem Theodidacti prorsus
spernunt & abiciunt, ni ubi propicius aliquo mo videtur sue
opinioni atqz blandiri, quod ubi fit, mox ex spus. locuti dicuntur
pres, & in coelum usqz extolluntur, Dum autem gria eis dicunt
Ut in plerisqz locis faciunt, mox in ima truduntur, tanqz ho-
mines humana passi, tunc sermo eorum sapit sapiaz huana
que b stultitia coram deo, Tunc docent doctrinas hominum, quas
Math. 14. confutat Chrus

Si excerpimus dicta de pte pnie, videlicet de opib., dic
queso, de qbus opib. loquaris. Si de hys que pcedunt gtritionez
vel simul currunt cu contritione, Certu b, h non ee ptem
pnie, Si aut loqueris de opib., que sequuntur Contritionem
dicimus ea ee partem pnie, quia sunt satisfactoria, Et si ex
gra fiunt, sunt sunt meritoria glie

Satisfactoria sunt pro poena debita diuine iustitie lese
pctis, que in contritione mutauit poena eterna in tempo-
rariam, vel hic, vel in purgatorio psoluendam

Meritoria sunt glorie, quia omne opus bonu ex gra fctu
meretur unu gradum gratie, cui rndet gradus glorie. Sic .n.
de Apoc. ultimo. Qui iustus b, iustificetur adhuc, & q san-
ctus b, sanctificetur adhuc. Fit autem iustificatio et san-
ctificatio p gram, iuxta doctrina Catholicam, qua noster
Momus & Zoilus, quia Theodidactus b, spnit & abiicit,
sequens suu preceptorem Lutheru, qui se suam doctrinaz di-
cit hre de celo, tanqua alter Paulus, vel unus ex prophetis

Nos aut quia ab hoib. instructi sumus, ideo nihil sapimus
quia nec naz pnie intelligimus, nec patru sermonem, qui
tamen homines fuere, et ab homib. instructi & eruditi. Seq-
tur etiam doctrina spusancti abiicienda ee, qui per homines
scripturam nobis dedit, ac p homines nob illam interpretatur
2. Pet. 1. Si ergo spusancto non defertur a Theodidactis illis,
qui nos miselli sumus, Ut nobis parcatur?

Articulus Tredecius

Est de Confessione & Satisfactione

Apologia

Boni viri facile iudicare pnt, plurimu referre, Ut
de supiorib. ptib. videlicet Contritione & fide, conseruetur
vera doctrina, Itaqz in his locis illustrandis semp plus versa-
ti sumus, De confessione & Satisfactionib., no ad modum ri-

xati sumus

Nam & nos confessionem retinemus, precipue propter absolutionem, q̄ ē vm̄ dei, qr de singulis authoritate diuina pronunciat ptas clauium

Quare impiu eēt ex ecclia priuata absolutione tollere

Neq; quid sit remissio pecc. aut ptas clauiu intelligunt, si qui priuatam absolutionem aspernantur

Ceterum de enuatione delictorum in confessione, supra diximus. Q non sentiamus eam iure diuino necessariam

Nam q obijciunt qdam, iudicem prius debere cognoscere causam, priusq; pronunciat. hoc nihil ad hanc rem ptinet quia absolutio est executio alieni beneficij, no ē iudicium

Chrg. n. dedit madatu remittendi pcta, id madatu exequuntur ministri, Non hnt mandatu de cognoscendis occultis

hoc intelligi pot ex eo, quia infinita pcta remittunt, q nec nos ipi meminimus, quib. remittuntur

Et si penderet remissio ex cognitione, tota res esset incerta

Ceterum in hijs delictis, que publice nota sunt, quale habeat iurisdictionem ecclia, id non ptinet ad pntem disputatione, Nam h, quia nota sunt, noiatim accusantur, & postea nominatim remittuntur. si author velit recipi ab ecclia

Et ridiculum ē, huc transferre dictu Salomois, Diligenter cognosce vultum pecoris tui, Nil. n. dicit Salomon de confessione, Sed tradit Oeconomicu preptu prifamilias, Ut utatur suo, & abstineat ab alieno, & iubet eum res suas diligeter curare, ita tn, ne studio augendaru facultatum occupatus aiq, abijciat timorem dei, aut fidem, aut cura verbi dei

Responsio

Non ē vera doctrina, de Contritione & fide tua, ideo frustra versatus es in illis locis illustrandis, Ut satis notum est ex dictis

Si non es rixatus de Confessione & Satisfactionib. huc usq; quid tum? qn hoc facis in sequentib. copiose

Et ad quid retines confessionem, quando illam no vis ee necaria ad salutem. Et si absolutio ē vm̄ dei, Ut ais, ppter qua precipue retines confessionem, cur illam no applicas omnib. pctis mortalib. que sunt in gscia? Cum non sit ratio, cur potius aliqb. applicanda sit, q; omib., cum deus totu hominem saluare velit, & sua gratia, qua saluat & iustificat, stare nequeat cum aliquo mortali pcto, quod habetur in condebita diligentia scrutandi omnia delicta exicialia pmissa

Et si ptas clauiu pnunciat diuina authoritate de singlis

cur non etiam de singulis pctis mortalib., que sunt in memoria? Et cur potius queso de uno, q̃ de alio, Quare talem absolutionem tuam ipse dico nil comodare ecclie, nec his q utuntur ea, sed exitialem esse illis

Tu aut, quid sit remissio pecc., aut ptas clauiu, ignorare cerueris, in hijs tuis comentis, Ut notum ꝫ ex dictis

Si enuatio delictorum in confessione, non ꝫ iure diuino necaria, cur Chrꝰ dicit Iois. 20. Quoru remiseritis pcta, remittuntur eis? Pnt ne remittere sacerdotes in confessione pcta, si nulla vel aliqua, non tn oia enumerantur, que sunt in memoria? Et qualis queso confessio eet, sine enuatione delictoꝝ?

Et cur nil ad rem ptinet, iudicem prius debere cognoscere causam, q̃ iudicet seu pnunciet? An tu putas sacerdotem audientem confessionem, non ee iudicem? Quado Chrꝰ dicit Iois. 20. Quorum remiseritis pcta ꝛc Et quoru retinueritis, retenta sunt, An tu putas aliqua retinenda ee sine iudicio? oportet .n. scire illum, que retinere debeat, & no remittere ꝛc Quo patet, Comenta ee omia que dicis contra doctrina Catholica

Chrꝰ non solu madatu dedit remittendi pcta, sed etia retinendi, quod quo exequi possint ministri, sine claue scientie, ego non capio, nec tibi, sꝫ ecclie Catholice credo hic. Nonne ex hac doctrina fluxit stulticia multorum, q venientes ad sacerdotem, petunt absolutione, qm confessi sint deo interne, quasi ad interna confessionem sufficiat & comodet absolo externa

Ro aut tua parum valet, qua dicis, quia infinita pcta remittunt, que non meminimꝰ ipi, quia ad oblita non tenetur homo, facta & pmissa debita inquisitionis diligentia, cu deus neminem obliget ad impossibile, & unum non remittat sine alio

Quo ptꝫ, ad quid pendeat remissio, quia ad cognitione, eorum q in memoria sunt ꝛc Quapropter nulla ꝫ ibi tale incertitudo, qualem tu fingis

Etiam publica delicta, que punire habꝫ ecclia ꝯfitenda sunt sacramentaliter sacerdoti, si in foro interiori debuerit remitti, & coram deo

Quis autem ex aduersarijs tuis huc transfert dictuꝫ Salomonis, Diligenter agnosce vultu pecoris tui, tuosqꝫ greges considera. Prouer. 27. Et si fieret non obstante sensu tuo ac natiuo, no eet con fecunditate scripture, quam illi dat spus. Cum liber scripture sit liber ille, qui scriptus ꝫ foris & intus, propter abundantiam sensuum, Ut fusius videri habet alibi

Apolog.

Apologia

Sed aduersarij nostri mirifica Metamorphosi transformat dicta scripturę, in quaslibet sm̃as, hic cognoscere significat eis audire confessionem, Vultus, nõ externa conuersatione sed arcana ꝯscientię, pecudes significant homines

Sane bella est interp̃tatio, et digna istis contemptorib. studiorum eloquentię

Q si velit aliquis per similitudinẽ transferre preceptum a p̃refamilias, ad pastorem ecclię, certe vultũ debebit interp̃tari de externa conuersatione, hec similitudo magis quadrabit, Sed omittamus ista

Aliquoties in psalmis fit mentio confessionis, Vt, Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam dño, & tu remisisti iniquitatẽ pcti mei. Talis confessio pcti. que deo fit, ꝫ ipa Contritio, Nam cum deo fit confessio, corde fieri nc̃e ꝫ, non solum voce, sicut fit in Scenis ab histrionib.

Est igitur talis confessio Contricio, in qua sentientes iram dei confitemur deum iuste irasci, nec placari posse nr̃is opib., Et tamẽ querimus nr̃am propter promissionem dei, talis ꝫ hec confessio. Tibi soli peccaui, Vt tu iustificeris, & vincas cum iudicaris, id est, fateor me pctorem ẽe, & meritũ ęternam iram, Nec possũ opponere meas iusticias, mea merita irę tuę, ideo pnũcio te iustum esse cum condemnas & punis nos

Pronuncio te vincere, qñ hypocritę iudicant te, q sis iiustꝰ qui ipos punias, aut condemnes bene meritos

Imo nr̃a merita, non possunt opponi iudicio tuo, sed ita iustificabimur, si tu iustifices, si tu reputes nos iustos p nr̃am tuã

Fortassis & Iacobum citet aliquis, Confitemini vicissim delicta, Sed hic non loquitur de confessione sacerdotib. facienda, sed in gñe de reconciliatione fratrũ inter se, Iubet .n. mutuam ẽe confessionem

Responsio

Tu multa licenter dicis in aduersarios, & quidem nimis licenter, Vt tua modestia nota fiat omnib. hominib. lecturis nugas tuas & larvas impudentissimas. Non deberet tibi rñderi, nĩ p muliercula lingulacem & loquacula, quam nullę fatigarent rixę ridiculę & inania verba

Sed quid audio de contemptorib. studiorũ ęloquentię. Nõ contẽnũt tui aduersarij eloquentiam tuam forensem, qua cũ hirundinib. venaris muscas in aere, circumgirando, cꝰ colores & schemata, nugę sunt & strophę cũ calumnijs & ꝯuicijs

sed pacienter illam ferunt, quando sua eloquentia, quam postulat studium Theologicum, ornata est pietate syncera, & veritate integra, hec n. sunt illius pigmenta, colores & schemata, non nugę & strophę

Miror te in frascis illis tam curiosum ee, ubi nemo tibi repugnat, Libenter aut ex te audirem, qui sint, quos hic incessis & vexas, cum tua despectiua interptatione & translatioe Sed quia lusus tuus tibi ipsi displicet, ideo dicis. Sed omittamus ista scz tanquam futilia & inutilia, & tanqz nugalia comenta

Et nos concedimus psal. loqui de confessione interna, q fit in contritione, & si nos longe aliter de contritione loquamur q̃z tu facis, iuxta supius dicta

Sed quid dicis de histrionib. in scenis? qn nemo fidelium, qui vere confitetur externa voce, sit, qui non simul interne & corde confiteatur deo, dolendo de pctis suis, Non ergo sola voce confitetur fideles deo, ideo male illos infamas, compado eos histrionib. &c

Tuas autem laruas Scenicas, quas in tua ficta contritione narras, nos prorsus ridemus, & explodimus, quia nescis que sit vera Contritio, cuius loco comentaris terrores, & id genus delyramenta alia, quib. ludis in doctrina Catholicam

Et quid iterum repetis laruam istam, de meritis nris, quo non possint opponi iudicio dei?, quasi nos opponamus h illi, velle tempares tibi a nugis talib., quas in diffamatione nram toties effutis & effundis

Quid aut pro te facit, q psal. loquitur de gfessione iterna & S. Iacob. de reconciliatione fraterna? ideo ne gfitendu non est sacramentaliter sacerdotib.?

Apologia

Porro aduersarij nostri multos doctores receptissimos damnabunt, si contendent enumeratione delictorum in gfessione nccariam ee iure diuino

Quanqz enim confessione probamus, & quanda examinationem pdesse iudicamus, Ut institui hoies melius possint, tn ita moderanda res est, ne gscijs inijciantur laquei, que nunqz erunt tranquillę, si existimabunt se non posse conseq remissionem pecc, nisi facta illa scrupulosa enumeratione

hoc certe falsissimu est, quod aduersarij posuerunt i gfutatione & confessio integra sit nccaria ad salutem, Est n. impossibilis

Et quales laqueos hic inijciunt conscijs, cu reqrunt inte-

gram confessionē? Qn̄ n statuet ꝯscia integrā ēē confessionem?

Apud scriptores Ecclesiasticos fit mentio confessionis, sed hij nō loquūtur de hac enūatione occultorū delictorū, sed de ritu publicę pnię. Quia n lapsi aut famosi nō recipiebantur sine certę satisfactionib., ideo confessionem faciebant isti apud presbyteros, Ut ꝑ modo delictorum prescriberentur eis Satisfactiones

Hec tota res nil simile habuit huic enūationi, de qua nos disputamus, Confessio illa fiebat, non ꝙ sine ea non posset fieri remissio pecc. coram deo. Sed ꝙ nō poterant satisfactiones prescribi nisi prius cognito gnē delicti, Nam alia delicta habebant alios Canones

Responsio

Aduersarij tui nullos doctores receptos damnat per illam enūationē ꝛc Quia nullꝰ doctorū illorum contradicit doctrinę Catholicę, quam sequūntꝰ aduersarij tui in re illa

Ad quid autem probas confessionem, qn̄ illa mutila & imꝑfectam facis, Num examen hoc eque & resolutius fieri posset ex confessione, quo melius & liberius instituī possent homies?

Nullus laqueus inijcitur conscijs in tali enūatione, eo ꝙ non reqratur ab homine, aliquid ultra possibilitatem suaꝫ, premittat possibilem diligentiam, ad inqrendū pcta sua mortalia quam faceret in aliqua re magna consequēda, Vel in notabili damno euitando, Ut Scotꝰ tradit, & satis erit illi

Credatqꝫ tunc firmiter se conseq remissionē pecc., & indubie consequetur, & sic tranqllabitur conscientia eius

Non ꝫ ergo falsum, taceo ꝙ sit falsissimū, Ut tū dicis, ꝙ talis confessio integra sit nccaria ad salutem, quia non est impossibilis vere contrito, Ut tū nugaris, sed possibilis multū & facilis

Et nulli laquei hic inijciuntꝰ conscijs, quia integra hec confessio ꝫ, que fit ꝑ modū prescriptū, tū autem hic applaudis & blandiris illis, q nō vere dolent de pctis suis, nec omnino intendunt recedere ab illis, hij libenter audiunt commēta tua, & tuorū, in re illa, & beatos se putant, sed nesciunt, ꝙ de pictō suo agitur, & si eis dicitur, nec curant, nec credunt, quia ħ sunt placentia, que qrunt sibi dici, ad quod coaceruant sibi magistros prurientes aurib., & sic a veritate, scꝫ Catholica, Ut Paulus ait, auditum auertunt, & ad fabulas conuertuntꝰ, quib. saciari querunt, sicut siliquis filius prodigus

Ritus aut publicę pnię, de quo loqueris, nil facit ad propositum, Quapropter frustra inculcas illum, ideoq; illu ipe transibo, & procedam ad reliqua

Apologia

Et ex illo ritu publicę pnię, reliquu habemus etiam nome Satisfactionis. Nolebant .n. sancti pres recipe lapsos aut famosos nisi prius cognita, & spectata penitentia eorum, quantu fieri poterat

Et huius rei multę videntur fuisse causę. Nam ad Exm ptinebat castigare lapsos, sicut & glosa in Decretis admonet, & indecorum erat, homines famosos statim admittere ad comunione, hij mores diu iam antiquati sunt, nec nccę b eos restituere, qz non sunt nccarij ad remiss. pecc. coram deo

Neq; hoc senserunt patres, mereri homies remissione pecc. p tales mores, aut talia opa

Quanq; hec spectacla impitos solent fallere, Ut putent se p hec opa mereri remissionem pecc. coram deo, Verum si quis sic sentit, iudaice & gentiliter sentit

Nam & Ethnici habuerunt quasdam expiationes delictoru p quas fingebant se reconciliari deo

Nunc aut more antiquato, manet no Satisfactionis & Vestigium moris, q in confessione pscribuntur certę satisfactiones, quas definiunt ee opa, no debita, Nos vocamus Satisfactiones Canonicas

De his sic sentimus sicut de enuatione, q satisfactioes Canonicę non sint nccarię iure diuino, ad remiss. pecc., sicut neq; illa spectacula vetera satisfactionu, in pnia publica, iure diuino nccaria fuerunt ad remiss. pecc.

Retinenda b .n. sma de fide, q fide consequamur remissione pecc. propter Chrm, no ppter opa nostra precedentia aut sequentia

Et nos ob hanc causam pcipue de satisfactionib. disputauimus ne susciperentur ad obscurandam iusticiam fidei, Neue existimaret homines, se propter illa opa consequi remissione pecc.

Et adiuuant errorem multa dicta, que in Scholis iactantur, quale b, quod in definitione Satisfactionis ponunt, fieri eam ad placandam diuina offensam

Responsio

Ex ritu publicę pnię, non habemus nomen Satisfactionis, que indicitur in confessione Sacramentali, Nec e par ro ibidem Cum in satisfactione publicę pnię satis fiat ecclię lesę publico delicto, quo scandalum datum b multis. At in satisfactione, que imponitur in confessione Sacramentali, satis fit diuinę iusticię le-

se per pcta, scdm proportionem & mensuram deo nota, qua nescit sacerdos, cuius taxa, si concordat taxe dei, satis est, Si autem non concordat, quod restat, vel hic, vel in purgatorio erit soluendum, iuxta doctrina & praxim ecclie

Quapropter nil facit pro te, quod de prib. dicis &c. Bene aut dicis hos patrum mores iam antiquatos ee, in pnia scz publica, que amplius non b adeo rigida nunc, ut olim erat, & si prorsus euacuata non sit, nec deposita, utcunqz necaria non sit ad remiss. pecc. coram deo, que fit in Contritione & Absolutione sacramentali, quo ad culpam. At pena pctis debita, adhuc remanet soluenda

Et quid redis iteru cum larua tua, de merito remissionis, cum nemo fidelium hoc ponat meritu? Tu aut crebro inculcas, ut nos infames, quasi nos hoc teneamus & doceamus

Si aut dubitas, an quis sic sentiat nec ne, cur no obtices ipe? Ad quid profers, de quo te ipm fateris incertu? Et quid nobis de Ethnicis figmentis, & iudaicis expiationib. delictorum narras? qn nos Contritione consequimur expiatione delictorum quo ad culpam, sed non ad omnimodam pena &c. iuxta doctrinam Catholicam

Quid aut veritatis habeat, quod dicis de more antiquato, relicto nomine satisfactionis & vestigio moris, satis liqt ex iam dictis. Tu pro tuo arbitrio fingis que vis, sed qz nihil horum satis ostendis, seu pbas, credit gmentis tuis, q voluerit

De enumeratione delictorum in confessione, q sentis, nos non pbamus, ob roez hactenus dictam. In hoc aut tecum sentimus, q satisfactiones Canonice, no sint necarie iure diuino ad remiss. pecc. quo ad culpam &c. Vult tn deus satis fieri sibi pro iusticia sua pctis lesa. Tua aut omnia eo tendunt, ut nos infames, quasi ipi teneamus, remissionem pctorum, quo ad culpam, cadere sub meritis nostris, qd tamen non facimus, & si tu hoc nos facere crebro hactenus dixeris, quem igitur infames, nos, vel potius teipm, tue iuge satis exponunt

Non est retinenda sma tua de fide, q hac consequamur remissionem pecc. &c. quia falsa b & impia, qn gra Christi, quam is nobis meruit sua passione, hanc consequamur, eo q gra excludatur pctm, & non fide, ut sepe dictu est huc usqz

Et quid iterum repetis laruam tuam hanc, Non propter

opa nra, cum nos non teneamus nec doceamus remissione pecc. fieri, quo ad culpa, p opa nra quecunque, siue hec voces precedentia vel sequentia, Dicimus tamen opa sequentia iustificatione mereri remissione pecc. quo ad penam pctis debitam

Et si non habuisti alias cas tue disputationis de Satisfactionib., q hic producis, consultius illam pretermisisses Quia nulla est iusticia fidei, nisi dispositiua seu pparatiua & nemo dicit homines ppter sua opa conseq remissionem pecc. quo ad culpam

Et que sunt illa multa dicta, que in Scholis iactatur Cum tm unu potueris proferre? quod tu impie torques, quia Satisfactio non fit ad placandam diuinam offensam cum hanc solus Chrus placauit, sed ideo fit, Ut satis fiat iusticie diuine lese per pcta, quia sicut deus nullu bonu relinquit irremuneratum, sic nullu malu relinquit impunitu, cum hoc exigat sua nra & iusticia, ac decor Uniuersi in quo nihil relinqt deus inordinatu, sic dicitur q pena reordinet culpam &c

Apologia

Videte aut quo in confutatione, quam ausi sunt obtrudere Cesaree maiestati, pbent h sua figmenta

Multa dicta ex scripturis citant, Ut fucu imperitis faciant, quasi h res habeat authoritatem ex scripturis que adhuc Longobardi tempore ignota erat

Allegat has snias. Facite dignos fructus pnie

Item. Exhibete mebra vra seruire iusticie

Item. Chrus pdicat pniaz. Agite pniaz. Et Chrus iubet aplos pniam predicare. Et Petrus pdicat pniaz. Act. 2.

Postea citant quedam dicta patru & Canones. & concludunt his verbis, satisfactiones in ecclia contra expssum Euang. & Conciliorum & patru decreta, abolende non sunt, Quinimo, absoluti a sacerdote iniuncta pniaz pficere debet illud Pauli sequentes, Dedit semetipm pro nobis, Ut redimeret nos ab omni iniqtate, & mundaret sibi populu acceptabilem, sectatorem bonorum opum

Responsio

Nondum legi nec vidi, quid possitis vos Lutherani in confutationem Vestre impietatis & perfidie, que oblata est a viris bonis & eruditis Imperatori in Comicijs Augustanis, qua & sua maiestas publicari fecit coram principib. & statib. regni

& coram Universo populo, qui tunc aderat & audiunt

Non obtruserunt illi audenter quicquam Cesareę maiestati, sed quod iussi fuerant, obtulerunt ei obedienter, q̄ an figmenta sint, iudicent quib. iudicium ꝯ pium & Catholicum, nil n. moramur, tua saliua corruptos & infectos

Nil eorum que ex scripturis citat confutatio illa, adhuc video a te & a tuis vere confutatum, Nos citra fucum egimus & agimus hodie, quando tua pene omnia in hoc libello nugis & strophis sunt fucata & picta. Noli ex ingenio tuo iudicare alios, non placet nobis nugarum ꝯmentum, q̄ veritatem Catholicam amplectimur, & apud illam manemus

Non loquebaris talia apud nros in Comicijs Augustanis sed petieras vobis saltem tria pmitti, & in reliqs omnib. velletis facile nobiscum concordare. Volebatis ne nobiscum ꝯcordare in fucis illis, quos facimus impitis?

Nos autem attendentes fucos ee vos ipos, qui apib. incomodant, nolebamus vos audire in tua petitione, sed iudicauimus vos a psepib. arcendos, quia inuenimus vos araneorum more venenum sugere de florib. de qb. mellificat apes

Quod aut de Gnomologo dicis, quo suo tpe res illa adhuc fuerit ignota, remitto lctorem ad suas snias, ubi copiose inueniet, an vera sint, que tu loqueris

Non sunt aut satisfactiones in ecclia contra Euangm Catholicum, quod ꝯ Chri, & si sint contra Euangm tuum Cripticum & subscamnale, quod tuus Lutherus ptraxit ex pulnerib. Quid aut decreta prm & Concilia habeant de re illa satis notum ꝯ legentib.

Sed pgam, quando non nisi meris strophis hic agis, quib. insolescis in bonos ac eruditos viros, quib. dum nescis pualere argumentis, saltem in eos nugosis agis caluuinijs

Apologia

Deus pdat istos impios Sophistas, tam sceleste detorquentes verbum dei ad sua somnia vanissima

Quis bonus vir non comoueatur indignitate tanta? Chrus inquit, Agite pniam. Apli predicat pniam, igitur penę eternę compensantur satisfactionib. nris, Igitur claues habent remittendi mandatum ptem penarum purgatorij, Igitur Satisfactiones redimunt penas purgatorij

Quis docuit istos asinos hanc dialecticam? Sed hec neq; Dialectica neq; Sophistica ꝯ, sed ꝯ Sycophantica, ideo

allegant hanc vocem, Agite pniaz, Ut cum tale dictu contra nos citatum imperiti audiunt, concipiant opinionez nos totam pniam tollere

his artib. alienare anios & inflamare odia conatur Ut conclament contra nos impti, tollendos ee e medio tam pestilentes hereticos, qui improbent pniaz

Responsio

Meliora nob precor ominare, Non venit filius hois perdere homines, sed illos saluare. Non b h ominatio Chriana, sed Sathanica, Non spirat eam Euang^m Chri, quod dicit Math. 5. Diligite inimicos vros, bnfacite hijs q odrt vos, & orate pro persequentib. & calumniantib. vos, Ut sitis filij pris vri, qui in celis b, qui solem sun oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos &c

Quid aut Paulus ad Rho. 12. de hac re loquatur, nemini b obscurum, qn dicit, date locum ire &c

Non sumus nos inimici vri, & si cause no faueamus, Nec odimus, nec psequmur, nec calumniamur vos, sed libenter videremus salutem vram, q non erit extra vnitatem ecclie Catholice, a qua p singularitates vras defecistis, & doctrina eius salutare abiecistis, & impugnatis

Sed his missis, libenter ex te audirem, cur nos voces Sophistas, quando ignarus non sum ego, qd vox ista dicat, non n. semper (Ut & tu nosti) in mala accipitur partem, quapropter bene ferre possumus eam, Sed cur nos impios dixeris, libentius audirem, Quia si nos impij sumus tibi, erit pariter tibi impia ecclia Catholica, cu doctrina amplectimur, sequmur, & p virili nra tuemur

Non torquemus, taceo q scelestе detorqueamus vm dei ad aliqua somnia, nr tibi ecclesie sancte dogmata, sonia videantur vanissima, quib. tu nugas tuas impudentissimas prefers, & vanissima comenta. Et quis bonorum virorum, cui iudicium b, non ridebit tuam & stulticiam & amentiam? qui inter Gramaticos educatus, & humanitatis studio decoratus, tue professionis oblitus, ad caninam descendis eloquentiam, qua dentes acuis in viros bonos & pios, nec non doctrine Catholice alumnos

Verum Ut relinqua tibi tm bonarum lrarum abusum quero abs te, quis unqua nrm sic argumentatus sit. Chrus inqt, Agite penitentiam, Apli predicant pniaz, igitur pene eterne compensantur satisfactionib. nostris? Quia si pe-

ne eterne sunt, quo compensabuntur? num illic oppositum in adiecto erit, Si exclamandu ẽ in asinu aliquem Ut cunq; rudem, Vide ne in te congruat ista exclamatio. Christus in contritione peccatoris mutat pena eterna debitaq pro peccato, in temporaria, que tparia pena qz finita est duratione, compensabitur satisfactionib. nris

Et quis dicit claues hre mandatu remittendi pte penaru? certe nullus ex nris, Utcunq; tibi asini sumus hoc aut bene concedimus, q pmte clauiu remittatꝰ ps penaru confitenti, An autem se etia h ptas extendat ad purgatoriu habes ex praxi eccliæ dantꝰ indulgentias in illud, quas tuus Lutherus dicit ee fraudes, Et cur tu tantus eius discipulus, & tamus Dialecticꝰ Sycophanticus a dogmate tanti heretici (nigri dicere debeam, sed deficit memoria Senem) declinares? qn tuus discipulus pfectus dicitur, quando ẽ sicut mgr eius

Satisfactiones Viuoru & meritu passionis Chri, qd euacuari nequit, quando applicatur defuncto in purgatorio rediimut penas purgatorij, iuxta doctrinam Catholicam p modum Suffragij, qualiter & missa sacrificiu fit p Viuis & defunctis iuxta praxim eccliæ, a qua quia tu discessisti cum mgro tuo, tantope nasum stringit in illa, at ipa Vestra calcabit colla

Non allegamus hanc Vore, Agite pniam, contra quem Vt illi moueamus Vel odiu Vel inuidiam, apud impios, Sed citamus ipam q doctrina Catholica, quam Vos subuertere molimini Vestra asinina dialectica, & temeritate Beliali & Gathanica

Et quomodo non tollit totam pniam, q fatemi pte eius tollere Vos? An tu putas mutilatam & truncata pniam ee Veram pniam? Ego aut dico Vos tota pniam tollere, quia oes partes eius

Primo, Contritione, qua falso dicit terrores ee ꝛc

Secdo, Confessione, in hoc q dicit nrcm no ee, Vt quis omnia peccata sua confiteatur, sz q magis mordet gsciam ꝛc

Credo aut vras conscias in re hac nil pcli sentire, quia peruersi estis, & obstinati in vra impietate & perfidia

Sed unde scitis queso Confessione vestram piam & Catholicam esse? Ideo ne quia vobis placet? & quia Lutherus vester suam doctrinam dicit se de coelo hre, quod si esset, utiq; Episcopi eam psequi non deberent. Quid si Lutherus conuersus diceret, se deceptum, & demoniu meridianu sibi illusisse, sicut vere illusit illi? Num illi credere velletis, qui iam tam ptinaciter nugis illius adheretis?

Si pastillophori aut scurrę, siue quicunq; nebulones sic loquerentur, num iuste risu explodrentur? Tibi autem & tuo Luthero loq licet impune, quecunq; vobis in buccam venerint, quia desperati estis & nescitis pudefieri

Non inficior ecclia dei esse apud eos, qui vm dei recte docent in suo sensu natiuo & germano, quem hz ecclia Catholica, & qui rite & recte administrant Sacramenta, iuxta praxim ecclię sanctę

Sed quia vos vm illud adulteratis, & extra sensum suum verum & Catholicum torquetis, ideo ecclia dei apud vos non est, sed ecclia coprotina, hoc est, stercoraria, que doctrina nititur ex hereticoru stercorib. concinata & conflata

Catholici Epi, non conantur verbum dei edictis delere, nec recta & vera docentes trucidant, ut tu impie & nugose eis asscribis, omis modestię & reuerentię immemor, sed laborant manu tenere verbum dei, in sua synceritate & veritate a quib. vos illud torquetis ad impium sensum, docentes falsa ac impia. Vos igitur corripiunt & castigant iuxta commissione spus., qui posuit illos regere ecclesiam dei. Act. 20. Quos qui non audit, tanquam Ethnicus & publicanus est habendus, & quos qui spernit, Chrm spnit, ut habet scriptura, quia agunt noie ecclię que est sponsa Christi

Et quid iterum testaris de conseruatione politiæ Canonicæ et Ecclesiasticæ? Reddite prius Epis ecclias suas, quas eis abstraxistis, tanquam fures & latrones, iuxta modu loquendi Chri. Iois. 10. & sinite eos quietos in sua iurisdictione, qua vobis inique usurpatis, & non habebunt Epi causam amplius in vos seuiendi

Quis dedit vobis regere ecclias, quas dicitis vras, quia illas furando & latrocinando nacti estis? Num ad heb. 5 dd. Nemo sumat sibi honorem, sed qui vocatur a deo, ut Aaron, hoc 6, ordinaria ptate in ecclia, que utique apud Epos 6, qs spus. posuit regere ecclias Chri, quam is acquisiuit sanguine suo Act. 20.

Et quis diabolorum vocauit ad hoc monachos exiticios, laruatos & coniugatos, votifragos, periuros, Apostatas, fidefragos, & multipliciter excoicatos, qui regunt ecclias, quas dicis vras, quæ nec dignæ sunt melioribus rectoribus, ut verum in eis fiat quod scribitur Esa. 24. & Oseæ 4. cu dd. Et erit sicut populus sic sacerdos

Hec ergo vra voluntas, qualis sit, deum minime fugit, qui etiam suo tempe remunerabit, pro iniuria qua Epis irrogastis. Et qd queso excusabit aptam iniqtatem vram cora deo? Satis esset tibi illudere mdo nugis & comentis tuis fucatis, Certe deo illudere nequibis, Iniquitas sibi mentiri pot, sz non deo. Non putes deum talem, qualem inuenis mdm. Mundo glaucoma obijci pot, quo teneantur ocli eius, Deo aut omnia nuda & apta sunt, etiam anteqz fiant.

Articulus decimoquinto

Est de traditionib. humanis in ecclesia

Apologia

In articulo decimoquinto recipiunt primam partem in qua dicimus obseruandos ee ritus Ecclesiasticos, qui sine pcto obseruari pnt, & ad tranquillitatem & bonum ordinem in ecclia prosunt

Alteram partem oino damnat, in qua dicimus, Traditiones humanas ad placandu deum, ad promerendam gram, & satisfaciendum pro pctis, aduersari Euang°

Quanqua in ipa Confessione de discrimine ciborum satis multa diximus, de traditionib., tamen hic quedam breuite repetenda sunt. Etiamsi arbitramur aduersarios ex alijs causis defensuros ee traditiones humanas, tamen hoc non pu-

tauimus futuru, Ut hunc articlm damnaret. Non mereri nos remissione pctorum aut gram, obseruatione traditionum humanarum

Postqua igitur hic articulus damnatus est, facilem & planam causam habemus. Nunc apte iudaizant aduersarij apte obruunt Euangm doctrinis demoniorum. Tunc .n. scriptura vocat traditiones, doctrinas demoniorum, qn docetur, q sint cultus utiles ad promerenda remissionem pctorum & gram

Tunc .n. obscurant Euangm, bnficium Christi, & iusticiam fidei

Euangm docet nos fide propter Chrm gratis accipe remissionem pecc. & reconciliari deo. Aduersarij con aliuz mediatorem gstituunt, scz has traditiones

Propter has volunt consequi remissione pecc., per has volunt placare iram dei. At Chrus apte dicit. Frustra colunt me mandatis hoim

Responsio

Recipimus quidem ritus illos, Ut verba sonat, sz no recipimus sugillatione ecclie, qua illi imputare videmi, q ritus foueat, q sine pcto seruari nequeant. Si qui aut tales sunt, Ut tibi videtur, cur no noias eos? quid sub pileo ludis? quasi non note sint techne tue, quib. agis

Traditiones humanas placare deum, & auertere iraz indignationis eius, ne temporaliter puniat, vel a punitione illa cesset, satis docet Letania maior, & dies rogationum & singulares processiones, & supplicationes, q ad hoc fiunt, Audirem aut libenter a te, Ubi huiusmodi aduersentur Euangelio, & doctrine fidei

De pmereda aut gra satis dictum est supra, qm gratia prima, que formaliter & effectiue iustificat hoiem, excludendo pcta mortalia, non cadit sub merito nostro de gdigno alias gra non eet gra, ad Rho. 11. sed bene de congruo, hoc est, dispositiue, quia pot se homo ad illam disponere

Cum quo verum est, q qn quis est in gra, & operatur bonu ex illa, meretur de condigno illius augmetu. Apo. vltio.

Sed dicas queso Ubi hec aduersentur Euangelio

Per opa autem preceptorum dei, similiter p opa traditionum humanarum, qn ex gra fiunt, meremur gloria, & satisfacimus pro poena diuine iusticie debita ratione pctorum

remissorum, quo ad culpam, iuxta dicta in articlo alio
Quapropter libenter audirem ex te, qui tantope hic i nos
strepis, & cristam tuam erigis, Ubi hoc aduersetur Euago
Quo liquet ronabiliter aduersarios tuos danare oi-
no alteram partem ic quia damnabilis & & impia. Sed
videamus qz plana caz habeat & facilem, articlo illo danato
Non iudaizant aduersarij tui, nec Euangm obruunt
doctrinis demoniorum, sed tu insanis, tanqz arrepticius,
qn impugnas quod non intelligis. Nec obscurat Euagm
nec Chri beneficium, Tu aut hec obscuras nugis tuis, &
impitia tua, qua iudicas & sugillas que non capis
De iusticia aut fidei, nisi dispositiua & preparatiua
nihil scimus. Nec docet Euangelium, nos fide ppt Chrm
grat recipe remissione pecc. & reconciliari deo forma-
liter & effectiue, qn scimus hoc gra fieri, non fide
Aduersarij tui no gstituunt alium mediatore quam
Chrm, qui sua gra, quam nob meruit remittit nob pcta
tu aut instar fanaticę larue nobis insultas, p traditio-
nes humanas, quasi nos dicamus, illarum operationib.
nobis remitti culpam, quod nunqua cogitauimus
Certe nimis licenter & impudenter in nos nugado
loqueris. Propter quod dum ubiqz loqueris q vis, aliquado
audire cogeris, que non vis, qn & alijs charg & sug honos
Sed quo intelligi habeat Christi dictu Mathei .15.
frustra me colunt mandat hoim, sat expositu & supra
quia loquitur de mandat hoim, que aduersantur man-
dat dei, Ut exponit ibidem de mandato honoradi pentes
Et non loquitur de his, quib. pmouetur gloria dei, & pro-
fectus salutaris fidelium

Apologia

Supra copiose disputauimus homies iustificari fide, cu
credut se deum habere placatu, non ppter nostra opa, sed
grat propter Christum
Hanc certum & Euangij doctrina ee, qz Paulus cla
re dicit, ad Ephe. 2. Gratis saluati estis per fidem, & hoc
non ex vobis, dei donu & non ex homib.
Nunc isti dicunt promereri homies remissione pecc.
per has obseruationes humanas, Quid hoc & aliud, quaz
preter Chrm alium iustificatore, alium mediatore gstituere?

Paulus inquit ad Gal. Euacuati estis a Chro, qui lege iustificamini, id est, si sentitis vos mereri obseruatione legis, ut iusti coram deo reputemini, nil proderit vobis Chrus, quia quorsum opus est Christo istis, qui sentiunt se iustos esse sua obseruatione legis.

Deus proposuit Christum, quod propter hunc mediatorem non propter nostras iustitias, velit nobis esse propicius. At isti sentiunt deum placatum esse et propitium, propter traditiones et non propter Chrum, adimunt igitur Chro honore mediatoris

Responsio

Disputasti quidem homines fide iustificari, sed nondum probasti, sic esse

Nec certum sed falsum est, hanc esse Euangl doctrinam. Nec pro te facit verbum Pauli dicentis. Gratis saluati estis per fidem etc quia aliud non vult, quam quod per fidem venitur ad gratiam, qua formaliter et effectiue saluatur homo a peccatis, cum illa peccatum excludat, et non fides. Unde sequitur ibidem, Dei enim donum est, non ex operibus, sed gratia est dei donum que et formalis saluatio et iustificatio est, quando fides est opus, quia dicit credere, quod utique opus est

Diciturque ibidem. Deus conuiuificauit nos in Christo cuius gratia estis saluati

Et ad Rho. 3. dicit. Iustificati gratis per gratiam ipsius

Et c. 5. dicit Paulus, quod per fidem habemus accessum in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe glorie filiorum dei

Et licet Act. 15. dicatur. Fide purificans corda eorum, statim tamen subditur, Per gratiam domini nostri Iesu christi credimus saluari. Fide igitur purificantur corda dispositiue et preparatiue, cum sine fide impossibile sit placere deo, gratia autem formaliter et effectiue, quia illa excludit peccatum

Non dicimus nos homines promereri remissionem pecc. per has obseruationes humanas, quia hec fit per gratiam Christi, que non cadit sub merito nostro. ad Rho. 11. ideo nihil mihi nugas in nos dicis, quibus hic in nos strepis, quasi omnino nos viceris

Nec sentimus deum placatum esse, et propicium peccatis nostris propter traditiones quascumque, sed propter Christum, quia propter illum miseretur nostri, dum conterimus de peccatis, et remittit nobis ea

Quibus liquet, qualem tutorem habeant pricipes Lutherani suę confessionis, quia indoctum & impudentem, nugactm, qui dum putat se illis imponere gloria & honore coram impio Rhomano, & statib. regni, diffamat illos cora Universo mundo Chriano. Qui principes na benigni & tractabiles, facile ad ecclesiam sanctam redirent, nisi ab impostorib. suis, & tantis nebulonib. auocarentur, & cęcarentur, quib. dum plus credunt qz ecclię sanctę, pmittit deus illis tam misere & impie illudi & imponi

Apologia

Nec interest inter nostras traditiones, & Mosaicas Ceremonias, quod ad hanc rem attinet. Paulg ideo danat Mosaicas Ceremonias, sicut traditiones damnat qz existimabantur ee opa q mererentur iusticia cora deo

Ita obscurabatur officium Chri & iusticia fidei. Quare remota lege, remotis traditionib., contendit, q non propter ista opera sed propter Chrm gratis pmissa sit remissio pecc., Modo ut fide accipiamus eam

Nam promissio non accipitur nisi fide. Cum igitur fide accipiamus remissionem pecc., cum fide habeamus propicium deum propter Chrm, error & impietas est constituere, q per has obseruationes mereamur remiss. pecc.

Si quis hic dicat, Non mereri nos remissionez pecc. sed iam iustificatos, p has traditiones mereri gratiam

hic iteru reclamat Paulus, Chrm pcti ministrum fore, si post iustificationem sentiendum sit, q deinde no propter Chrm iusti reputemur, sed primum mereri debeamus p alias obseruationes, Ut iusti reputemur

Item homis Testamento nil addi debet, igitur nec dei testamento, q pmittit q propter Chrm propitius nob esse velit, addi debet, q primu per has obseruationes debeaq mereri, Ut accepti & iusti reputemur

Responsio

Nescio an cum iudeis contendas, an cu Christianis Si cum iudeis, supportatus sum ego. Si cum Christianis nescio qui sint, ego eni nullum nosco, qui existimet se operib. etiam quibuscunqz mereri iusticiam cora deo, cum hec sit p graz, q non cadit sub merito nro. Si quos aute tu noueras, queso producas illos. Sed forsan in ciuitate Platonis, vel in Utopia mori videras illos

Nec fide accipimq remissione pecc., nec fide propiciu habemus deum, sed gra, que excludit pctm, que propterea

gratum faciens dicitur, & iustificas nec no sanctificans

Fateor aut errorem & impietatem ee, constituere, q p has obseruationes mereamur remissionem pctorum Quo cum igitur contendis? aut aduersus que luctaris? cum umbris forsan vel cum laruis. Laruat ꝫ igitur tua certatio, que talem decet Theologum in Gramatica magistrum

Sed quis unqꝫ audierat maiore ruditate, ignauia & imperitiam? qꝫ tu nobis proponis? in hoc q dicis. Si qs hic dicat. Non mereri nos remiss. pecc., sed iam iustificatos, per has traditiones mereri gratiam? ꝛc

Quia cum iustificatio fit formal' p gram, quomo queso quis iustificatus, per has traditiones mereri posset gram? Num sequeretur quem iustificatu ee, anqꝫ iustificaretur, quod implicat contradictione? Igitur egregius disputator es, cui similem ipe nec vidi nec audiui unqua fateor aut & ipe, nec testamento dei additione fieri debere, Nec nos hoc illi addimus, quod tu nos addere ei mugose dicis Ut satis liquet ex dictis

Apologia

Quanqꝫ quid opus ꝫ longa disputatione? Nulla traditio a sanctis patrib. hoc ꝯsilio instituta ꝫ, Ut mereatur remissionem pecc. aut iusticiam, sed sunt institute ꝓpter bonu ordine in ecclia, & propter tranquillitatem

Et ut velit aliquis instituere certa opa, ad ꝓmerenda remiss. pecc. aut iusticiam. Quomodo sciet illa opera deo placere, cum no habeat testimoniu verbi dei?

Quo de voluntate dei certos reddet homies sine mandato & verbo dei? Nonne ubiqꝫ in ꝓphetis prohibet instituere peculiares cultus sine suo mandato?

Ezech. 20. scriptum ꝫ. In preceptis prm vrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus vester, in preceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea

Si licet hominib. ꝯstituere cultus, & p hos cultus merentur gram, Iam omniu gentiu cultus erunt approbandi Cultus instituti a hieroboam, & alijs extra legem erunt approbandi

Quid n. interest, si nobis licuit instituere cultꝰ utiles ad ꝓmerendam gratiam, aut iusticiam, cur no licuit id

gentib. & Israelitis. Ideo gentiu & Israelitaru cultus improbati sunt, q sentiebant sese per illos mereri remissione pecc. & iusticiam, & iusticiam non norant fidei

Postremo unde reddimur certi, q cultus ab hominibus instituti, sine mandato dei, iustificet? Siquidem de voluntate dei nil affirmari pot sine verbo dei, qd si hos cultus non approbat deus?

Quomo igitur affirmant aduersarij q iustificent, cu id sine verbo ac testimonio dei non possit affirmari? Et Paulus dicat, Omne quod non ꝫ ex fide pctm esse?

Cum aut hij cultus nullu habeant testimoniu verbi dei, dubitare consciam necce ꝫ, utrum placeant deo

Responsio

Et quid opus ꝫ longa responsione, ad tua insignem stulticiam, qua strepis & insanis? cum nemo dicat ullam institutionem a sanctis patrib. traditam, ideo instituta esse ut ea mereamur remissione pecc. aut iusticiam

Et cum nullus fidelium hoc dicat, quod tu aduersarijs tuis asscribis, cur tu idem tam sepe repetis & inculcas nisi ut tuam inscitiam, maleuolentiam & insania, qua in nos ferues, ipe prodas & ostendas

Quib. & liquet, omia que sequuntur ꝯmeta ee frascosa, futilia & inutilia, quib. nil nobis officis, sed te ipsum miro modo confundis, et nugaclm maximu declaras, asscribendo nobis ea, quoru nuqz meminimus, quib. dum nos infamare queris, te omi ludibrio exponis, An homies putas ee truncos vel fungos, qui non capiant nugas tuas impudentissimas? Et quoties queso vis tibi rnderi ad laruas tuas nugosas? Certe quoties hoc quesieris, toties te ipsum confundis

Apologia

Et quid in re manifesta verbis opus ꝫ? Si hos humanos cultus defendunt aduersarij nostri, tanqz promerentes iustificationem, gram, remissione pecc., simpliciter constituunt regnum Antichri

Nam regnum Antichri, ꝫ nouus cultus dei, excogitatus humana auctoritate, reijciens Chrm. Sicut regnum Mahumeti habet cultus, habet opa, per que vult iustificari coram deo. Nec sentit homies coram deo gratis iustificari fide propter Chrm

Ita & Papatus erit pars regni Antichri, si sic defendit humanos cultus, q iustificent, Detrahitur eniz honos Chro

cũm docent q̃ non propter Chrũm grat̃ iũstificem̃ p̃ fidem
Sed p̃ tales cultus, max imeq̃ cũm docent tales cultus
non solũm Utiles ee ad iũstificatione, sed neccarios etiam
sicut supra in articulo octauo sentiũt, Ubi damnat nos,
q̃ dixim̃g, q̃ non sit neccarium ad Veram Unitatẽ ec-
clesię, Ubiq̃ similes ee ritus, ab hoĩb. institutos

Daniel ca. 11. ẽ̃ nouos cultus hũanos, ipãq̃ forma
& politiam regni Antichri fore. Sic n. mgt. Deum Mo-
asim in loco suo colet, & deum q̃e no nouerũt patres
eius, colet auro & argento, & lapidib. preciosis. hic descri-
bit nouos cultus, q̃z mgt talem dũm coli, q̃ales patres
ignorauerũt

Nam S. pres, & si habuerũt & ipi ritus & traditi-
ones, tamen non sentiebant has res Utiles, aut neccarias ee
ad iũstificatione. Non obseruabant gloriã & officiũ Chri.
Sed docebant nos iũstificari fide propter Chrũm, non propter
illos hũmanos cultus

Ceterũm ritus humanos obseruabant, propter Utilita-
tem corporalem, Ut sciret populus, quo tempore q̃uiẽdũ
eet, Ut ordine & grauiter in templis exempli causa fieret
omnia. Demiq̃ Ut Uulgus etiam haberet ~~omnia~~ q̃uandam
pedagogiam. Naz discrimina tp̃ũm & Uarietas ritũũm
Ualet ad monendu Uulgus

Responsio

Et quid in re manifesta tot Uerbis tam crebro repe-
titis opus ẽ tibi? cũm quib. quęso contendis? tanta loqua-
ritate futili & mutili? quando aduersarij tui no defendũt
nec dicũt hos cultus hũmanos, & quib. loqueris, tanqua
promerentes iũstificatione, grãm & remissione pecc.
dicentes cũm Paulo ad Rho. 11. gram̃ non cadere sub me-
rito nro, q̃a sit remissio pecc. Ideo fatuo labore consu-
meris, tot ociosis, mũgosis, calumniosis & q̃uiciosis Uerbis
q̃b. diffluis, Ut tibi pagina turgeat fatuis comẽt

Epi q̃os posuit Spus. regere eccliaz dei. Act. 20. cul-
tuz dei ornare, augere & restringere hũt pro ut Uiderint
expedire pro gloria dei, & profectu salutari fidelium, quod
regimen si tibi Uidetur regnũ Antichri, quid ad nos? cui
& regnum Gathanę tibi Uidetur regnũ Chri, in tua eccla
coprotina, hoc ẽ stercoraria & Gathanica

Per cultum hũmanũ, qui fit in gloria dei & profe-

ctum salutarem fidliũ in ecclia Catholica, no reĩatur
Chrg, qui ẽ in gloria dei pris Sed p cultum in eccliã
tua stercoraria, missis truncat& & vernacto sermõe ser-
uat& vocatur Sathanas, cui cultu illo litatur & seruit&
qui & presidet in regno Mahometi & omnib. aliis, q ecclias
Catholicã no agnoscunt nrem

Et quid nasum stringis in Papatu? qui no defendit
sic cultus hũanos q iustificent, sed tenet & credit nos grat&
iustificari propter Chrm, quia p gram, quã is nob meru-
it sua morte, & non p fidem, nisi dispositme & pparatie

De similitudine autem rituum satis responsum est
tuę loquacitati superius

Que autem de Daniele & S. prib. dicis, qtra nos no
sunt, qui dicimus cultus, de quib. loqueris non iustifica-
re nos, & si tu multipliciter sub pileo lucens nos de hoc in-
famare non cessis

Quib. satis liquet, qualis sit tua concertatio, qz ina-
nis & ridicula, eo q in ungis aptissimis & impudẽ-
tissimis fundatur

Apologia

has causas habebant patres rituũ seruandor, Ut a-
pte testatur Epiphanius in disputatione qtra Eucratitas
quod genus simile fuit monachorũ urorũ, fuerut enim
fidelitia, que sibi certas traditiones imponebant, absti-
nebant a vino, etiam in ipa cena dni, Nullis carnib. vescba-
tur. ne piscium quidem

Qua in re fres Dominici supabant, a iugio vero
vel maxime abhorrebant, & si a consuetudine mulierũ
non abhorrebant. Id-n. obiecit eis Epiphanius

habuerunt-n. mulierculariũ greges, idem vitę ge-
nus, sequentes, sicut hoc tempe fere vbiq; hũt monachi
vicina mulierum monasteria

Et has obseruationes fingebant ee cultu dei & iusti-
am, propter qua deo accepti essent, qua placarent iram di.
Hanc opinione improbat Epiphanius, & alios fines tra-
ditionũ ee ostendit

Dicit probandas ee traditiones, factas aut ad cohere-
dam carne, ppr disciplina rudiũ, aut ppter politicũ ordine

Et nos ppter has causas, rte seruari posse traditiões,
iudicamus, Ut populo sobrius interesit sacris, sicut Iosaphath
& rex Niniue ieiunia indixerunt

Item Ut ordo & politia ecclię, doceat impitos, quid
quo tempore gestum sit. hinc sunt ferię Natalis, pascha-

tis, Pentecostes, & similes. hoc ꝫ quod Epiphanius ait, politie causa institutas ee traditiones. Videlicet ordinis causa & ut ordo moneat homines de historia, & de bnficijs Chri, Etenim multo efficacius admonent note rerum quasi picte in morib. ac ritib. q̃ lre

hos fines pderat ostendi populo & illustrari. Sz his finib. affingunt aduersarij alium, quada pharisaica persuasione, q̃ videlicet tales obseruationes mereantur remissionem pecc., q̃ sint cultus necarij ad iustificationem, q̃ propter eos reputentur homines iusti coram deo

hoc plane ꝫ deum colere auro, argento, & reb. preciosis, sentire q̃ deus placatus fiat varietate vestitus, ornamentorum, & simil. reb., quales sunt infinite in traditionib. humanis, aut q̃ hmoi res sint cultus dei. tempu, ciborum, vasorum, vestitus discrimina

Responsio

Non sunt contra nos cause patrum, quia nec nos dicimus cultus & ritus illos iustificare. Sed quid audio de monachis tuis? Dic. n. Monachorum nrorum. Illi etenim sunt monachi exiticij, laruati, & coniugati, q̃ a consuetudine mulierum non abhorrent, & si sint mortui mundo, execti & euirati

habent n. muliercularum greges, idem vite genus sequentes, qz moniales & nonnas exiticias, laruatas & coniugatas, & si non sint vere coniuges, sed concubine incestuose, a coniugio namq; vero abhorret hoc hoim genus, sed no a coniugio fornicario & incestuoso. Q̃ si mihi credere nolueris, interroga Lutherum tuum, cum sua Catharinula vestali puella, interroga Lyncum in Noremberga, Langum quoq; & Mechlerium in Erphurdia, cum puppulis suis, Cypriacis virginib., & matronis togatis. Nec non et alios fres, q̃ hos ductores, & doctores habuere, q̃ iacent in coniugio, tanquam canis in reste. Subantq; in venerem, in sue religiois attestationem, & approbatione

hos rcte Encratitas diceres, si a vino, carnib., & piscibus abstinerent, q̃ si abstinenter viuere voluissent, et Satyrio resistere suo, in Cenobijs suis remansissent. hec me tibi respondere oportuit, cum tibi sodalitium sit cum tali hoim genere, & pbas ritus eius, ac facinora, imo & opculum es scandali illius gnis, & quia particeps es in merito,

eris & particeps in p̄mio, q̄n digna factis huic red-
dentur in tempore suo

Q autem iterum repetis solita larua de merito remis-
sionis pecc., & affingis aduersarijs, que nec dicunt nec te-
nent, pro tuo more fac, qui non didicisti loqui q̄ vera sunt
quib. cum cares, ne nihil agas, saltem nugis agis. At me-
lius tibi eet anima agere, q̄z tot mortib. reum fieri quot
nugas dixeris in diffamiam proximi

Reliquas laruas transeo, quas de auro dic & argento
de ornamentis vestium & vasis, & cibis &c quia digne no
sunt, Ut serio eis respondeatur, nisi quis tecum ridiculus
fieri vellet

Apologia

Paulus ad Coloss. scribit traditiones hr̄e spem sapie
Et habent profecto, Nam Eutaxia illa valde decet in ecclia
eamq̄z ob causam necaria b. Sed humana ro q̄z non in-
telligit iusticiam fidei, na affingit, q̄ talia opera iustificent
homines, q̄ reconciliet deum &c

Sic sentiebat vulgus inter Israhelitas, & hac opinioe
augebant tales Ceremonias, sicut apud nos i monasterijs
creuerunt

Sic iudicat humana ro, etiam de exercitijs corporis
de ieiunijs, quoru finis cum sit cohercere carnem, ratio
affingit finem, q̄ sint cultus q iustificent. Sicut Thomas
scribit, Ieiunium valere ad deletione & prohiberione culpe.
hec sunt verba Thome

Ita sapientie ac iusticie spes in talib. opib. decipit hoies
Et accedunt exempla sanctorum, quos dum studet imitari
homines imitantur plerumq̄z externa exercicia. Non imi-
tantur fidem eorum

Responsio

Recte dic humanam roez non intelligere iusticiaz
fidei. Quia nulla b nisi dispositiua & preparatiua, eo q̄
gra iustificetur homo non fide, Ut sepe dictu b huc usq̄z

Sed qua scriptura probabis roem na affingere, q̄ talia
opa iustificent homines; mea n. ro non affingit hoc, sz fide
instructa dictat gram iustificare, in quo roborat & confir-
mat scriptura eam

Quid senserit vulgus Israheliticu, no b iudicare me-
um, & si sciam multos in illo fuisse valde probas & deuo-
tos hoies, quod sine pietate vera fieri non potuit

Populus iste Israheliticus, Ceremonias suas habuit ex lege, & si quas addiderat, hoc ornatus gratia, & devotionis fecerat, Quo no sequitur, q ergo crediderit se illę iustificari

Quemadmodu in monasteriis probatę Vitę fit additio & depositio Ceremoniarę in cultu diuino, secu q videtur expedire prib. pro dei gloria, & frm comoditate salutari, absq hoc q putetur illis fieri iustificatione, & si mercedę sua no careant ex gra seruatę, quemadmodu opa reliqua nec sua carent mercede, siue sint ieiunia vt corporis exercitia

Ieiunia sunt in ecclia ad cohercenda carne, ne quale at spui, inter quę continua e pugna, ad Gal. 5. Et ne libertas spus detur in occasionem carnis, quod ne fiat hortatur ad Gal. 5. aptq. At illa ieiunia, dum ex obedientia fiunt & ex gra, simul meritoria sunt taq alia opa bona

Nec fingit ratio hunc finem ieiunij, q sit cultus qui iustificet, vt tu blacteras, Et si Thomas scribit ieiunium valere ad deletione culpę, quod no memi me legisse in eo accipiendu p hoc, quo ad prepatione ad Contritione, in qua datur gra delens culpam. Prohibet aut ieiunium culpaq, que incurreretur si non ieiunaretur

Et quid tu scis, qui homines imitantur Exa sctoru, quid imitentur? An exercitia externa, quod malu non b, an fidem eorum? Et quid eent opa, si non flueret ex illorum fide? Tu loqueris vt pmsuisti, & iudicas alios, q te ipm, ne labaris, iudicare nescis

Apologia

Postqua fefellit homines hec spes sapię, ac iustitię. dim sequuntur infinita icomoda. obscuratur Euang de iustificatione a fide in Christum, & succedit Vana fiducia talium opu Deinde obscurantur precepta dei

hec opa arrogant sibi Titulu perfectę & spualis Vitę & longe preferuntur opib. preptoę dei, Vt operib. suę cgq Vocationis, administrationi rei publicę, administrationi Oeconomię, Vitę coniugali, educationi liberoru

hec p illis Ceremoniis iudicantur ee gphana, ita q cum quadam dubitatione gsię a multis exercentur

Constat n. multos deserta administratione rei publicę

deserto coniugio, illos obseruationes amplexos ee tanq̃ melio-
res & sanctiores

Neq; hoc satis ꝫ ubi occupauit animos psuasio, q̃ ta-
les obseruationes ad iustificationē necarię sint, misere ve-
xantur conscię, quia nō pūt oēs obseruationes exactē pstare
Nam quotusquisq; enumerare omnes potuit?

Extant imensi libri, imo bibliothęcę totę, nulla Sylla-
bam de Chro, de fide in Chrm, de bonis operib. suę cq̃q; vocatio-
nis, ꝯtinentes, sed tm̄ colligentes traditiones, & harū inter-
pretationē, quib. interdum exacerbantur, interdū relaxatur

Quomodo torquetur vir optimus Gerson, duz querit
gradus & latitudines pceptorum? Nec tn̄ pōt constituere ε-
πιεικειαν in gradu certo. Interim grauiter deplorat picula
piarū ꝯsciarū, que parit hec acerba interpretatio traditionū

Ꝛrnsio

Laruis tuis & nugis iam pridem fatigatus ꝫ. At tu
sine fine repetis illas. Nos nullam iusticiaz fidei agnoscīq
preter dispositiua, ut sepe dixeram, nec fiduciam opum.
Tu aūt obscuras veritate, imo & extinguis illa nugis tuis

De opib. pfectionis, & opum platione nugeris q̃ velis,
quando res illa preter scopum ꝫ, & alīū reqrit locū, satis
ꝫ nobis obseruationes illas, de quib. loqueris, nemine iusti-
ficare, hic ꝫ scopus, a quo digrederis, ut frustra tibi tur-
geat pagina nugis, Quib. omnib. toties rndere, quoties
tuas illas repetis, non vacat mihi

Apologia

Nos igitur contra illam spem sapię & iusticię in hu-
manis ritib., que fallit homies, muniamq nos verbo dei,
& primo sciamus eas neq; remissione pecc. neq; iustifica-
tione mereri cora deo, neq; ad iustificationē necarias ee

Testimonia quedam citauimus supra & plenq ꝫ Paulq
Ad Coloss. 2. clare dicit. Nemo vos iudicet in cibo, potu, aut
stato festo, aut Nouilunio, aut Sabbatis, que sunt umbre fu-
turorū, corpus aūt Christus

Atq; hic simul & legem Moisi, & traditiones hūanas
cōplectitur, ne aduersarij eludant h testimonia, ut solent,
q̃ Paulq tm̄ de lege Moisi loquatur. hic vero clare ille tes-
tatur se loqui de traditionib. humanis

Quanq̃ quid dicant aduersarij non vident. Si Eua-
gelium negat Ceremonias Moisi, que erant diuinitq insti-

tutę, iustificare, quāto nūq iustificat traditiones hūanę?

Responsio

Et nos scimus, ac iam pridem confessi sumus, ritus illos humanos, neq; remissione pecc., neq; iustificationem mereri coram deo &c. Et quid amplius vis? quo cū igitur pugnas? Nū cū larvis pugnas, cū larvis q nusq; paret?

Et quid opus ꝫ te citare Paulū in pugna tua larvali, ubi neminem habes repugnante? Non dicimus nos traditiones humanas iustificare, sicut tu nugaris, nos dicere. Si mica honestatis & eruditionis in te esset, expueres ipe in tātā ignaviā & ꝓterviā tuā, & ꝯspueres eam

Apologia

Nec hūt Epi ptatem instituendi cultus, tanq; iustificantes, aut necarios ad iustificatione. Imo apli Act. 15. dicunt. Quid tentatis deum, imponentes iugū &c. Ubi velut magnū pctm accusat Petrus, hoc ꝯsiliū onerād ecclię

Et ad Gal. 5. Vetat Paulus iterū servituti subijci, volunt igitur apli in ecclia manere hanc libertate, ne iudicentur ulli cultus legis aut traditionū necarij ee, sicut in lege fuerūt necarię Ceremonię ad tempus, ne obscuretur iusticia fidei, si iudicent homines cultus illos mereri iustificatione, aut ad iustificatione necarios ee

Multi varias Epiikias querunt in traditionibus ut ꝯscijs medeantur, neq; tamen certos gradus reperiunt, ꝑ quos explicent conscientias ex his vinclis

Verum, sicut Alexander soluit Gordiū nodū, cum explicare non posset, semel gladio dissecuit. Ita apostoli semel liberant conscias traditionib., preserti si tradantur ad ꝓmerenda iustificationem

Huic doctrinę cogunt nos apli aduersari docendo & exemplis. Cogunt nos docere, ꝙ traditiones nō iustificent, ꝙ nō sint necarię ad iustificatione, ꝙ nemo debeat cōdere aut recipe traditiones hac opinione, ꝙ mereantur iustificationem

Tunc etiā si quis obseruat, obseruet sine supstitione, tanq; politicos mores, sicut sine supstitione aliter vestiuntur milites, aliter Scholastici

Apli violant traditiones, & excusantur a Chro, erat

eni Exm̄ ouidendū phariseis, q̄ illi cultꝰ eent inutiles,
Et si quas traditiones, parū cōmodas omittunt nostri,
satꝭ nunc excusati sunt, cū requirunt tanq̄ pmereantꝭ
iustificatione, talꝭ n. opinio in traditionib. ꝫ impia

Responsio

Nec instituunt Epi cultꝰ, tanq̄ iustificantes ꝛc. At scriptura testatur illis obediendum ee in suis ꝯstitutionib. ad heb. 13.

Onerande non sunt ecclie, nisi emineat cōmoditas eius, qua apparente Epi rectores eius, imponere habet ea que sunt ad gloriam dei, & ad profectum salutarem subditorum

Non ꝫ seruitꝰ illa, de qua loquitur Paulꝰ, qn̄ gla dei queritur, & cōmoditas fidelium, cū sic ꝫuire deo sit regnare

Tu aut laruas tuas repetere non cessas, quando dicꝭ cultꝰ & traditiones eo tēdere, ut eis mereamur remissionem pecc. & iustificatione, quod facimꝰ minime ꝛc.

Quicqd de traditionib. dixeris, non cōuinces, rctorib. ecclie parendū nō ee, dum traditionib. eoꝝ q̄ritur glia dei, & pmonetur pfectus salutaris fidelium. Nec ꝫ in illis nodus Gordius, gladio dissecandus, quem sibi fingunt, & sic dissecant, q ab unitate & obedientia ecclie recedunt, & falso affingunt Catholicꝭ, q̄ putent se traditionib. illis pmereri iustificatione, sicut tu facꝭ non semel, sed ad nauseam usq̄ repetendo

Apli, ut Math. 15. habetur, nō seruarūt traditiones seniorum, in hoc, q̄ illotꝭ manib. comederunt pane, in quo Chrꝰ excusat eos a pcto, sed non a ruditate morum

Nec erat ibi aliquis cultꝰ, que tu dicꝭ inutile. At in traditionib. quib. colitur deus, et glia illius queritur, cum profectu salutari fidelium, si quis ibi non obedit plat, ecclie rectorib., rndeat Paulus an peccet nec ne, q ad heb. 13. pcipit dicens. Obedite ppositꝭ vestris, & subiacete eis ꝛc.

Sed q2 tu cum tuis ab illa obedientia subtrahitꝭ vos, excusati non estꝭ, utcunq̄ traditiones illas tu parū cōmodas dixeris

Nemo requiritur seruare traditiones illas, tanquaꝫ pmereantur iustificatione, cum ut ipe dicꝭ, talis opinio in traditionib. impia ꝫ. Tu aut impie hanc impietate nob asscribis, in nrām diffamia, in qua re, quis te excuset a detractionis pcto, tibi videre incumbit

Apologia

Ceterum traditiones veteres factas in ecclia utilitatis & tranquillitatis causa, libenter seruamus, easq; interpretamur προς το ευφημοτερον exclusa opinione, q sentit q iustificent

At falso accusant nos inimici uri, q bonas ordinationes q disciplinam ecclie aboleamus. Vere enim predicare possumus publica forma ecclesiarum apud nos honestiorem ee, q apud aduersarios

Et si quis recte expendere velit, verius seruamus Canones, q aduersarij. Apud aduersarios missas faciunt sacrificuli inuiti & mercede conducti, & plerumq; tantum mercedis ca. Canunt psalmos, non ut discant aut orent, sed cultus ca, quasi opus illud sit cultus, aut certe mercedis causa

Apud nos utuntur cena dni multi, singulis dominicis, sed prius instituti, explorati & absoluti

Pueri canunt psalmos ut discant. canit & populus, ut vel discat vel oret

Apud aduersarios nulla prorsus q κατηχησις puerorum de qua quidem precipiunt Canones

Apud nos coguntur pastores, & ministri ecclarum publice instituere & audire puericiam & hec Ceremonia optimos fructus parit

Responsio

Libenter seruatis, quas vultis & quas vos interpretamini utiles, contempto ecclesie Catholice iudicio, At qd iterum repetis larua tuam, de opinione, que sentit, q traditiones ille iustificent, cum nemo fidelium hanc teneat. Tu aut falso & uugose fingis & dicis nos illam tenere. Onde qso, quib. vel scriptis vel verbis insinuemus alicubi, nos illa tenere. Quod cu non possis, quis tanto uugaclo & diffamatori credet, nisi eius farine & saliue fuerit, q amat mendacia.?

Non falso sed vere accusamini, vos abolere bonas ordinationes, & disciplina ecclie, cuius rei testes ipi estis, qn contra cultum ecclasticum & ceremonias illius cultus impie latratis

Et quo honestior apud vos q publica ecclarum forma, cum hanc abiecistis, & nouam hereticorum more comenti estis. Non q honesta forma vra, ergo nec honestior, cu sit schismatica & forme Catholice aduersa, qua forma schismaticam non tradunt Canones, quos verius vos seruare

nugaris, q̃z nos faciamus

Et quid dicis de sacrificulis nr̃is? Tu ne scrutator cordium illorum es? quis te constituit iudice eorũ? Num dum̃ habent suum, cui stant vel cadunt? docet ne te h̃o Chr̃i Euangelium, quod dicit, Nolite iudicare? Luce. 6.

Apud vos utuntur Cena dñi sub utraq; specie, cũ impijs opinionib. circa sacramentũ altaris, contra definitiones ecclie Catholice, vñ melius eet illis interi suillum vorare stercus, non obstante vr̃a institutioe exploratione & absolutione, quia impia sunt hec omia; eo q̃ doctrine Catholice, & praxi ecclie sancte aduersa

Cantus puerorum & popli apud vos talis ꝫ, qualis erat apud Celsum hereticum, & alios hereticos, q cantiones excogitarunt, & docuerut poplm, ac eas in teplis cantari publice fecerunt, ut p illum modũ populũ sibi allicerent & eũ ab unitate ecclie Catholice abducerent, quorũ vestigia vos imitamini in Cripta vestra & ecclia Coprotia, hoc ꝫ, stercoraria

Et quomodo dicere potes, apud aduersarios nulla prorsus ee Cathechesin puerorum, id ꝫ, instructione, cum hij, dum capaces sunt verbi dei, ducuntur ad templa, audire illud, & cũ domũ redierint, plenius instruuntur q parentib., si quid minus plene acceperint? Et Episcopi ordinant ut a parrochis illis prelegatur Pater noster oratio dominica cum Symbolo aplico, & cum decem preptis?

Non sum ignarus ego, quo concionatores vr̃i agat cũ pueris in templo, Audieram n. aurib. meis Erphurdie in templo nostri Cenobij, quo nos violente spoliauerunt tui Lutherani, & spolium hoc in diem hodiernũ usq; occupat & suam impietate in eo exercent. ac Cena domi polluunt ad quod vos illos instruitis, exploratis & absoluitis, socij furũ & raptorum. hec ꝫ honestas vestra, qua iam ad multos annos continuastis. hec ꝫ iustificatio vestra, qua placetis Belial & Sathane. hec ꝫ fides vr̃a, qua absorbentur omia pcta vr̃a. hec ꝫ doctrina vr̃a, qua timidis ꝯsulere soletis ꝯscijs & liberare homines a traditionib. hom̃. nec no tueri libertatem spus, ne detur in occasione carnis. At velim scieris Chr̃m tales ignorare pestes, que se transformant in ministros iusticie, cũ sint oparij subdoli, & mgri mendaces, qui introducunt sectas perditionis

Sed ut reuertar unde sum digressus. Erat ꝯcionator in templo nr̃i Cenobij, qui postquam ad populũ declamauit, & in

uit, & in illius conspectu prelatos ecclie, doctores Catholicos, & religiosos satis vexauit & diffamauit, tandem descendit ad puellas virgunclas, cum qb. colloquium ante altare habuit, mouens illis sigillatim varias de reb. fidei questiunclas in quib. p septimana instructe, a sua focoria, que exitiria ferebatur nonna, ille responderunt ad ostentatione cora mrib. suis, & alijs mulierculis, & habitu b negociu h. p re magna

Dictum quoq; b publice cu magna iactantia, quo puelle iste tenellule instructiores reperte sint in rebus fidei oib. Papistis, quibuscunq; doctrinarum fulserint titulis. Ego at audiera puellas istas impie esse instructas ex libellis ad hoc gfictis, quaru venenu teneris annis imbibitu, nulla unq; extrahet vel delebit obliuio

Hec palam fiunt quotidie: sciunt plati tam spuales q; seculares atq; mgratus, & pmittut coniuedo, iuuentutem utriusq; sexus tam misere infici, quam infectionem quid tandem sequetur, q; corruptio totius Germanie, & ablatio rcte fidei, qua se indignos reddunt germani, quemadmodum fecerunt Aphricani & Asiatici, & sequetur discessio ab ecclia sancta, & Rhomano impio, De qua loq Paulus videtur. 2. ad Tessalo. 2.

Apologia

Apud aduersarios in multis regionib. toto anno mille habentur conciones, preterq; in Quadragesima

Atqui precipuus cultus dei b, docere Euangeliu

Et cum concionantur aduersarij dicunt de traditionibus humanis, de cultu sanctoru, & similib. nugis, quas iure fastidit populus. Itaq; deseruntur statim inicio, postqua recitatus est textus Euangelij

Pauci quida meliores, nunc de bonis opib. dicere incipiunt, de iusticia fidei, de fide in Chrm, de consolatione cosci entiaru nihil dicunt. Imo hanc saluberrima Euangelij partem lacerant quicijs

Econtra in nris ecclesijs omes conciones in his locis consumuntur, de pnia, de timore dei, de fide in Chrm, de iusticia fidei, de consolatione gsciarum p fidem, de exercicijs fidei, de oroe, qualis ee debeat, Et q certo statuendu sit, q sit efficax, q exaudiatur, de cruce, de dignitate mgratuum & omnium ciuiliu ordinationu, de discrimine regni Chri, seu regni spualis, & politicaru reru, de giugio, de educatioe & institutione puerorum, de castitate, de oib. officijs Charitatis

Ex hoc statu ecclesiarum iudicari pot, nos disciplinam ecclesiasticam, & pias Ceremonias, & bonos mores Ecclesiasticos diligenter conseruare

Responsio

Que sint regiones iste, de quib. loqueris, no s mi notum qui scio ecclesiam, Canonica sanctione pcipe, ut quis fidelium die dnico audiat missam & sermone

Qx aut docere Euangelium sit pcipuus cultus, taceo q sit cultus dei, & si bonu sit officium in ecclia, ipe non inuenio, nec tu probas illud

Cum concionantur aduersarij tui, predicant Euang. precepti & consilijs diuinis refertum, nec no minis & consolationib. cum exemplis recte vite. Et si hoc tibi traditiones huane sunt, cultusq sanctorum, & nuge, quas tu fastidis cum populo, tuis nugis addicto, pmittimus tibi, qui no nisi nugis soles agere

Non abuno, quin deserantur nri concionatores statim ab initio post textum Euangij ab hijs qui sibi placentia dici querunt, non utilia, q docet deus per suu vm. hij em sunt de quib. Paulus loqtur 2. Timo. 4. qui sana doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magros prurientes aurib., & a veritate auditu auertentes ad fabulas conuertuntur

hoc s, ad nugas, quib. tu abundas, & concionatores tui post quos currut & declinant, tanq vacca lasciuiens, que vespis agitatur in prato. At scribitur Osee 4. q populus non intelligens vapulabit

Que autem dicis de paucis meliorib., apud reliquas tuas scribo nugas, quib. in nos insolescis, ut tue impietati & perfidie colorem ac fucu facias, s mi te iuuabit, qn veritas tandem emerget, utcuq suppressa ab osorib. suis

In vestris ecclijs omnes conciones referte sunt nugis & doctrina impietatis, cuicijs quoq & calumnijs, quib. detrahitur omi statui ecclie Catholice in prelatis & doctorib. suis. Collegia ecclesiastica in suo cultu diffamatur, Religiones utriusq sexus in suis Ceremonijs ridetis, & Universitates Scholasticas in suis studijs calumniantes, in nihilu redigere laboratis, & h oia quia vram saluiam gustare & probare recusant, qua qui amplectuntur, mox commendantur, religiosi predicantur, & in tertiu coelu usq exaltantur & sublimantur

Ex quo facto facile iudicari pot, quo disciplina Ecclesiasti-

cam, pias Ceremonias, & bonos mores Ecclesiasticos conseruetis, quando ad oculum cernitur, quomodo illis reluctemini & in nihilum redigere laboretis

Apologia

Ac de mortificatione carnis, & disciplina corporis ita docemus, Ut narrat Confessio, quod vera & non simulata mortificatio fiat per crucem & afflictiones, quib. deus exercet nos

In his obediendum est voluntati dei, sicut ait Paulus Exhibete corpora vestra hostiam &c. Et hec sunt spiritualia exercicia timoris & fidei. Verum preter hanc mortificationem, que fit per crucem est & voluntarium quoddam exercicij genus necessarium, de quo Christus ait. Cauete ne corda vestra grauentur crapula. Et Paulus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c.

Et hec exercicia suscipienda sunt, non quod sint cultus iustificantes, sed ut coherceant carnem, ne saturitas obruat nos, & reddat securos & ociosos, qua ex re fit, Ut affectib. carnis indulgeant & obtemperent homines

Hec diligentia debet esse perpetua, quia habet perpetuum mandatum dei. Et illa prescripta forma certorum ciborum ac temporum, nihil facit ad cohercendam carnem

Est enim delicatior & sumptuosior quam reliqua conuiuia

Et ne aduersarij quidem obseruant formam in Canonibus traditam

Responsio

Nihil hic audio, quod responsione opus habeat, de mortificatione carnis

Sed quid iterum repetis solitam laruam tuam de cultibus iustificantibus

Quod autem prescripta forma certorum ciborum ac temporum nil faciat ad cohercendam carnem, negamus. Et qui scis tu an delicatior & sumptuosior sit, quam reliqua conuiuia? Tu quidem multa dicis, sed nil probas, Et si quis abusus fuerit ieiunij forma, ideo ne illa abijcienda est, & calumnia pati meretur?

Et qui scis an aduersarij obseruent formam in Canonib. traditam, nec ne? An tu putas aliquorum licentiam, si qui fuerint, omnib. asscribendam? Unius ne vel duorum preuaricatio sontes omnes arguet esse

Apologia

Multas & difficiles disputationes habet hic locus de traditionibus. Ac nos re ipsa experti sumus traditiones vere esse laqueos conscientiarum, cum exiguntur tanquam necessarie

Miris modis cruciant conscias pretermittentes aliquas

obseruatione. Rursus abrogatio sua habet incomoda, suas questiones

Sed nos facilem & planam causam habemus, qz aduersarij damnant nos, q docemus, traditiones humanas no mereri remissionem pecc.. Itē reqrunt Uniuersales traditiones, quas sic uocant, tanquam nccarias ad iustificationem

Sic habemus Patronū constante Paulu, q ubiqz ꝯtendit has obseruationes neqz iustificare, neqz nccarias ee sup iusticiam fidei. Et tamen usum libertatis in his reb. ita moderandu ee docemus, ne impiti offendantur, & propter abusum libertatis fiant iniquiores Vere doctrine Euangij

Neue sine probabili causa mutetur aliquid in usitatis ritib., sed q propter alendam concordia seruentes Veteres mores, qui sine pcto, aut sine magno incomodo seruari pnt

Et in hoc ipo Conuentu satis ondimus nos ppt charitate ἀδιαφορα non grauatim obseruaturos ee, cum alijs etia si quid incommodi hrent, sed publica concordia, q quidez sine offensione ꝯsciarū fieri posset, iudicauimus omib. alijs comodis anteferendam esse

Sed de hac tota re paulo post etiam dicemus, cum de Votis & de ptate ecclīastica disputabimus

Responsio

Traditiones ille parum difficultatis hnt, si rcte accipiantur. Quia fiunt a rectorib. ecclesie, ad querenda dei gloriaz & profectum salutarem subditorū, que cum pmouerit, Utiqz Utiles sunt & salutares

Nec intendunt rctores illi quempia vel grauare vel illaqueare in conscientia sua. Et ideo dum pdicta amplius non pmouentur p traditiones illas, non intendunt aliquem obligari illis, eo q traditiones ille no aliter obligent, qz ad intentione pcipientis, qui utiqz intendit illis pmouere gloriaz dei & pfectum salutarem fidelium

Hinc ꝯ q cum tempore alique traditiones ex illis abeunt in desuetudine, ad coniuentiam prelatorū in qua est consensus interptatiuus. Tenentur autem subditi audire platos suos, & illis obedire ex lege diuina, qua dum puaricantur ex contemptu, in forib. est pctm

Aduersarij autem Vri non damnant Vos, q docetis traditiones humanas no mereri remissione pecc., quia idem

& illi tenent, & docent. Nec vocant Universales traditiones, neq; requirunt tanq; necessarias ad iustificatione. Quo idcirco tu stabis cum nugis tuis, quib. nos infamas? Et quo stabunt omnia tua q hic comentaris? Certe non aliter q; butirum in sole, vel apud ignem

Et quid prodest tibi tantu hre & producere patronu in re nihili, Ubi nemo te impugnat? quia & nos contendimus & ubiq; profitemur, observationes illas non iustificare &c

Si autem in hoc Conventu, qui habitus est Augustę, ostendistis que dicis vos ondisse, cur declinastis & detrectastis processione in die Corporis Chri, in qua erat Cęsarea Maiestas, cu alijs principib. Catholicis pro gla dei & reverentia tanti Sacramenti, quod illic portabatur iuxta laudabilem Ecclesię Catholicę institutione & consuetudinem?

Sic ne publica promovetur Concordia in ecclesia dei? Et qua offensionem conscię queso incurrissetis, si tali processioni interfuissetis? Forsitan putastis ibi no totu Sacramentum quo ad continentiam deferri, hoc e, Corpus cum sanguine negantes concomitantia &c

Quod si vobis in causa erat, cur postea in selectu concessistis & admisistis, sub altera spe tantu esse quantu sub utraq;? Et si per spes intellexistis panem & vinu, contra definitione ecclię Catholicę

Sed quid polliceris te paulo pg etiam dicturu de re illa, cum iam ad nauseam usq; locutus sis? de ea?, & citra comodum, Et quando finis semel erit tantę loquacitatis futilis & inutilis, ex qua nil habetis comoditatis & profectus?

Articulus Sedecius

Continet quinq; articlos principu

Apologia

Articlm. 16. recipiunt adversarij sine ulla exceptione, in quo confessi sumus, q liceat Chriano gerere magistratus exercere iudicia, ex Imperatorijs legib., seu alijs psentib. legib., Supplicia iure constituere, iure bella gerere, militare, iure contrahere, tenere proprium, iusiurandum postulantib. magratib. dare, contrahere matrimonium

Deniq; q legittimę ordinationes civiles sint bonę creaturę dei & ordinationes divinę, quib. tuto Chrianus uti pot,

hic totus locus de discrimine regni Chri, & regni ciuilis lris nostrorum utiliter illustratus est. Quod regnum christi sit spuale, hoc est in corde, noticiam dei, timorem dei & fidem, iusticiam eternam & vitam eternam inchoans

Interim foris sinat nos uti politicis ordinationib. legittimis quarumcunque gentium, inter quas viuimus, sicut sinit nos uti medicina aut Architectonica, aut cibo, potu, aere

Nec fert Euangm nouas leges, de statu ciuili, sed precipit ut pntib. legib. obtempemus, siue ab Ethnicis siue ab alijs conditę sint, et hac obedientia charitate iubet exercere

Insaniebat n. Carolostadius, q nobis imponebat leges iudiciales Moisi. De hijs reb. ideo copiosius scripserunt nostri, quia monachi multas pnitiosas opiniones sparserunt in ecclia. Vocauerunt politiam Euangelica comunione rerum, dixerunt ee cosilia, Non tenere pprium, no ulcisci

Hę opiniones valde obscurant Euangm, & regnum spuale, & sunt piculose reb. publicis. Nam Euangm non dissipat politiam, aut Oeconomiam, sz multo magis approbat

Et non solum propter poena, sed etiam propter consciam iubet illis parere, tanquam diuinę ordinationi

Responsio

Non recipiunt articlm illud aduersarij tui sine ulla exceptione. Quia Euangelica pfectio non collocatur solu in timore dei & fide, sed potissimum in charitate, ad cuius exigentiam & mensuram ponderat deus omne spm & opa eius

Spiritum n. ponderator est deus Prouer. 16. sed in qua lance, nisi in lance charitatis? dicente b. Augustino. Amor meus pondus meum etc

Cum aut neqꝫ preceptum, neqꝫ promissio, neqꝫ Exemplum ex scripturis de inuocandis sanctis afferri possit sequitur conscientiam nihil certi posse de illa inuocatione habere

Et cum oratio debeat ex fide fieri, quomodo scimꝰ q̄ deus approbet illam inuocationem.

Un scimus sine testimonio scripturę, q̄ sancti intelligant singulorum preces.

Quidam plane tribuunt diuinitate sanctis, Videlicet q̄ tacitas cogitationes intimi in nobis cernant

Disputant de matutina & Vespertina cognitione, fortassis quia dubitant, Utrū mane an Vespere audiant

hec comminiscuntur, non Ut sanctos honore afficiant sed Ut quęstuosos cultus defendant

Nihil afferri pot ab aduersarijs contra hanc rationem q̄ cum inuocatio non hz testimoniū ex Verbo dei, no possit affirmari, q̄ sancti intelligant nram inuocationē Aut Ut maxime intelligant, q̄ deus eam approbet

Quare aduersarij non debebant nos ad rē incertā cogere, quia oratio sine fide non ꝫ oratio

Nam q̄ allegant ecclię Exemplum, constat nouum hunc in ecclia morem ee. Nam Veteres orationes & si

mentione sanctorum faciunt, non tamen inuocant sanctos

Quanquam etiam illa noua inuocatio in ecclia dissimilis est inuocationi singulorum

Responsio

Pulcra res b. Sancti orant pro ecclia, sed non sunt ad hoc rogandi & inuocandi. Perinde b ac si quis diceret, Libenter habeo quod sancti orent pro me, sed ego adeo superbus sum, quod non possum nec volo hoc eos rogare, & ad hoc inuocare, sicut Lutherus dixit de matre Christi

Et quomodo dicere audes scripturam non docere, quod inuocare debeamus sanctos, vel ab eis auxilium petere? Num 1. Cor. 12. scribitur de varijs donis, quorum unum b gratia sanitatum, quam si sancti multi habuerunt hic in terris quis spoliauit eos hoc dono in coelis, citra suam culpam? Si igitur adhuc habent donum illud, cur nos miseri non inuocaremus & peteremus eos pro illo? Et si predestinatio iuuatur precib. sanctorum, ut scribunt doctores, cur non inuocaremus illos ad intercedendum pro nobis?

Quid autem dicit scriptura ad Rho. 13.? Utique dicit, Quod omnia que a deo sunt ordinata sunt. Si is igitur ordinauit me iuuare intercessione alicuius sancti, cur non inuocarem illum? Nunquid tu non contradicis ordinationi diuine, & resistis illi, non timens damnatione, qua Paulus predicit ubi supra, resistenti tali?

Num Ge. 49. Iacob patriarcha dixit ad Ephraim & Manassen. Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum meorum Abraam & Isaac?

Quib. liquet te falso dicere in scripturis nil haberi de inuocandis sanctis, & quod deus non approbet illam inuocationem, qui vult laudari in sanctis suis, & omnia ordinate disponere, quia ut Sap. 8 dicitur, Attingit a fine usque ad finem fortiter. & disponit omnia suauiter. Qui & omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit Sap. 11

Et multa scimus sine testimonio scripture, cum nec omnia scripta sint. An tu non credis, qui cognitione matutinam & vespertinam in sanctis rides, ridiculus omnib. doctis, beatos in patria clare videre verbum increatum, quod est speculum voluntarium, in quo vident omnia, cognitione matutina, que verbum voluerit eis reuelare? Reuelat autem eis omnia que faciunt ad beatitudinem eorum atque gloriam, qualia sunt inuocationes eorum, ut orent pro nobis, &

iuuent nos in miserijs nris, hoc etem dedit deus eis facere iuxta supius dicta

Sic dicit b. Gre. Quid non videt, qui videntem omnia videt? hoc b. eorum que spectant ad beatitudinem & gloria eorum

De cognitione aut vesptina, que b rerum in pprio gne iuxta naturalem facultatem btorum, non b ad ppositum

Quo liquet qz disertus sit derisor ille doctrinę doctorum Catholicorum

Et qualem queso diuinitate illi, de quib. loqueris, tribuunt, ex eo, q tacitas mentium cogitationes in nobis cernant bti, ipis sanctis? Si deus dat eis cernere has, p hoc no facit eos deos. Num aplis dedit facere signa, que solius dei erant? sed non fecit eos propterea deos, nec aliquam diuinitatem eis contulit. Num dixit Chrus? Qui credit in me, signa que ego facio & ipe faciet, & maiora hijs, ut in Petro contigit cuius umbra sanauit infirmos, ut hz actorum historia

Et quid dicis de questuoso cultu, iudicando intetione doctorum Catholicorum cum solita despectione? Num tu diuinitatem tibi in hoc usurpas, quasi nota sit tibi illorum intentio, quam solus scrutatur deus, cui cor hois patet. & cq oculis nuda & aperta sunt omia?

Sed forsan deus tuus, cui militas, hanc intentionem reuelauit, quod non facile credo, quia & ipe nescit ea, nec est illi credendum, quia non stat in veritate, sed mendax b & pater mendacij

An aut nil afferri possit ab aduersarijs contra tuam ronem, notescit satis ex dictis meis. Et quid dicis de oroe fide seclusa? quis n. orat sine fide? & fiducia, qm sic oras frustra orat, Iacobi. 1.

Nec b mos ille nouus in ecclia, q erat an mille anos & ultra, tempore b. Augi & aliorum patrum sanctorum, q mentionem sanctorum faciunt, & inuocant sanctos, traduntqz inuocandos illos. Quib. liquet qz impie, & qz indocte de reb. illis loquaris. Utina prius disceres, anqz doceres, qm sic tibi consuleres, & alijs minime imponeres, pro quib. magna ronem deo reddere habebis

Apologia

Deinde aduersarij non solum inuocationem in cultu sanctorum requirunt, sed etiam applicant merita sanctorum pro alijs

Et faciũt ex sanctis non solũm deprecatores, sed etiã propiciatores, id nullo modo ferendũ ẽ

Nam hic prorsus transfertur in sanctos proprius honor Chri, faciunt enim eos mediatores & ppiciatores

Et quanq̃ distinguant de mediatorib. intercessionis & mediatorib. redemptionis, tamen plane faciũt ex sctis mediatores redemptionis

Atq̃ etiaz illud dicũt sine testimonio scripture, q̃ sint mediatores intercessionis, Quod ut verecundissime dicatur, tamẽ obscurat officiũ Chri, & fiducia misericordię debitam Chro, transfert in sanctos

Fingũt enim homines Chrm duriorem ee, & sanctos placabiliores, & magis confidũt mia sanctorũm, q̃ mia Chri. Et fugientes Christum, q̃runt sanctos

Ita faciũt ex eis re ipsa mediatores redemptionis

Responsio

Et quare non applicaremus merita sanctoꝝ p alijs, cum, ut S. Maximꝰ Epus in sermo. de plurib. martyrib. dicit, sanctoꝝ merita, dus velit nostra ee suffragia?

Non facimus nos ex sanctis propiciatores, ut tu de nobis nugaris, cum nullꝰ preter sanctorũ sanctũ, hoc est, Chrm, passus sit pro peccatis nostris, facimꝰ qdem sanctos mediatores, sed non propiciatores

Mediatores dico intercessionis, no redemptionis, cuj unus solus mediator sit redemptionis, sez Chrus. 1. Timo. 2. Quapropter in nos impie nugaris, q̃ honorem proprium Christi transferamus in sanctos

Et tu plane mentiris, quando dicis nos ex sanctis facere mediatores redemptionis. Nec dicimꝰ sine testimonio scripture sanctos ee mediatores intercessionis, ut notum ẽ ex predictis

Nec obscurat hoc officiũ Chri, ut tu nugaris, quia & Chrus mediator ẽ intercessionis & interpellationis. ad Rho. 8. & 1. Tois 2. tanquam caput. Sancti aũt intercessores & mediatores intercessionis sunt, taq̃ membra eius

Nec transfert fiduciam nię debitam Chro in sactos cum Chrus misericordissimus sit, illi aũt, ut capiti conformes sunt, sunt misericordes, pro modulo suo

Non fingimus Chrm duriorem ee, & sanctos placabiliores. Num pater celestis durior ẽ filio, ut illum daret mediatore tanquã placabiliore? placuit pri miarũ. ex mi

mia charitate qua dilexit nos, nobis dare filiu mediatore tam redemptionis, q̄ intercessionis. Et filio placuit dare nobis sanctos suos in mediatores intercessionis, no tanq̄ placabiliores & magis misericordes se, sed ut honoraret illos, & nos amatiores redderet, confugere & recurrere ad se, sicut diffuse declarani in libello de inuoca. sctoR

Nec fugiunt Chrm, querentes sanctoru intercessionem apud illum, sicut nec fugit principem, q p Officialem eius laborat insinuari ei, ac illius intercessioe caz suam notescere principi, Ubi b signu humilitatis & reuerentie, quod tu impie interpretaris maiorem fiduciam in sanctos q̄ in Christu

Apologia

Itaq ondemus, q Vere faciant ex sanctis non tantu deprcatores, sed propiciatores, hoc b, mediatores redeptiois

Nondum recitamus hic Vulgi abusus, de doctorum opinionib. adhuc loqmur, Reliqua etiam impiti iudicare possunt

In propiciatore h duo concurrunt. Primu oportet extare Verbum dei, ex quo certo sciamus, q deus Velit misereri & exaudire inuocantes, p hunc propiciatorem, Talis extat de Chro pmissio. Quicquid petieritis patre in nomine meo, dabit vobis. De sanctis nulla talis extat promissio. Quare gsciē non possunt certo statuere, q p sanctoru inuocationem exaudiamur, itaq inuocatio illa non fit ex fide

Deinde mandatu etiam habemus, Ut inuocemus Chrm, iuxta illud, Venite ad me q laboratis &c quod certe nobis b dictum

Et Esa. ait, In die illa stabit radix Iesse in signu populorum, ipsum gentes deprecabuntur

Et psal. 43. Vultu tuu deprcabuntur omes diuites plebis. Et psal. 71. Et adorabunt eum omes reges terre. Et paulo pg. Orabunt cora eo iugiter

Et Iois. 5. inquit Chrus, Ut omnes honorificet filium, sicut honorificant prem. Et Paulus. 1. Thessa. 2. orans inquit. Ipe autem domig noster Iesus Christus & deus & pater noster, exhortetur corda vra, & gfirmet vos &c

At de sanctoru inuocatione, quod pnt aduersarij preptu, quod Exm ex scripturis afferre.

Alterum est in propiciatore, q̃ merita ipsius ꝓposita sunt, Ut que pro aliis satisfacerent, que aliis donentur imputatione diuina, Ut propter ea tanq̃ propriis meritis iusti reputentur. Ut si quis amicus ꝓ amico soluit aes alienum, debitor alieno merito tanq̃ proprio liberatur

Ita Chri merita nobis donantur, Ut iusti reputemur fiducia meritorum Christi, cum in eum credimus, tanqua propria merita haberemus

Responsio

Polliceris te ostensurum, q̃ etiam propiciatores ex sctis facianus, quod prestabis & facies ad Calendas grecas, Uel ad Neomenias latinas, quod ꝑ nunq̃

Dicis te loqui de doctorum opinionib., sed nil adhuc audio, quod contra doctores illos possis, preter turgida & inania Uerba

Si in propiciatore h̃ duo cõcurrunt que dicis, nũquid no ipe probas sanctos non ee propiciatores? Sic ne ostendis nos ex sanctis facere propiciatores, iuxta sponsionem tuam? At Uerum est de te Uulgare dictum. Qui facile spondet, no multu soluere curat. Et iteru. Qui facile spondet, promisso illudit inani

Apologia

Et ex Utroq̃, nempe ex promissione, & donatione meritorum, oritur fiducia misericordie, talis fiducia promissionis diuine, item meritorum Chri, debz afferri ad orandu. Uere enim statuere debemus, & q̃ propter Chrm exaudiamur, & q̃ ipsius meritis placatum habeamus patrem

Hic aduersarij primu iubent inuocare sanctos, cum neq̃ promissionem dei, neq̃ mandatu, neq̃ Exm, scripturę habeant, & tamen faciunt, Ut maior fiducia misericordie sanctoru concipiatur, q̃ Chri, cum Chrs ad se Uenire iusserit, no ad sanctos

Secundo applicant merita sanctoru aliis, sicut merita Chri, iubent confidere meritis sanctoꝝ, quasi reputemur iusti, propter merita sanctoru, sicut iusti reputamur meritis Christi

Nihil hic fingimus. In indulgentijs dicũt se applicare merita sanctoru. Et Gabriel interpres Canonis Misse confidenter pronũciat, nos ordine instituto a do

debere ad auxilia sanctorum confugere, Ut saluemur eorum meritis & Votis. Hec sunt Verba Gabrielis

Et tamen passim in libris & cōcionib. aduersariorum leguntur absurdiora. Quid ē facere propiciatores, si hoc non est? Prorsus æquantur Christo, si confidere debeo quod meritis eorum saluemur

Ubi aut institutus ē ordo ille a deo, quē dicit iste, quod debeamus ad auxilia sanctorum confugere? proferat Exm ex scripturis, aut preceptū. Fortassis ex aulis regum sumūt hunc ordinem, Ubi amicis intercessorib. Utendum ē

At si rex constituerit certum intercessorem, nō Volet ad se causas per alios deferri

Ita cum Chrus sit constitutus intercessor & pontifex, cur querimus alios?

Passim Usurpatur hec forma absolutionis. Passio dni nostri Iesu Christi, merita btissimæ Virginis Mariæ, & omniū sanctorū, sint tibi in remissionem pecc.

hic pronūciatur absolutio, quod non solum meritis Chri, sed meritis aliorū sanctorum, reconciliemur, & iusti reputemur

Responsio

Et nos Vere statuimus, quod propter Chrm exaudiamur & quod ipsius merito habeamus placatum prem, quia is meruit nobis sua passione grāz, q̄ recōciliamur deo ꝛc

Non iubent aduersarij inuocari sanctos, sed liberum hoc relinquūt cuiq̄, Et quales queso sunt aduersarij tui Ut ipi iubere habeant? Consulunt ante & inducunt tanq̄ ad salutare hominib. De scripturis ante satis dictū ē supius

Quam egregie aut nugaris, quod faciant Ut maior fiducia misericordiæ sanctorum concipiatur, q̄ Christi, cum ad solam Christi miāz suspirandum sit & confugiendū, sed per sanctos tanq̄ intercessores, qui amici dei sunt, & in gratia eius, quis non Videt, nisi qui nihil Videt, cæcus tecum totus?

Verum aut ē, Chrm iussisse Venire ad se, q aut per sanctos & illorum intercessione Venit ad illum, etiam Venit ad eum. Non Venimus ad sanctos propter illos, sed Ut per eos Veniamus ad Chrm, qui ē nobis Veniendi scopus. Quo patet, omnia tua plena ēē technis & dolis, qb. interptaris nostra facta pro tuo arbitrio, & nō iuxta rei Veritatem, quam nos pretendimus

Et quis applicat merita sanctorum alijs, sicut merita Christi, que sunt merita redemptionis? Et quis queso iubet confidere meritis sanctorum, quasi reputemur iusti propter merita illa? Certe nisi totus insanires, hec minime diceres. Num iustus reputatur gratia Christi, quam nobis ille meruit sua passione? Quam gratiam quis dicere audebit, contra apostolum, cadere sub meritis nostris? Certe nullus, et ideo totus, pre libidine insectandi nos, insanis

Certum autem est, te nil hic fingere, quia tam aperte mentiris, ut tangi possit manibus. Quia applicatio meritorum sanctorum in indulgentijs, est per modum suffragij et satisfactionis, pro poenis temporalibus debitis pro peccatis, in Contritione dimissis, et non est in acquisitionem gratie iustificantis, qua fit remissio peccatorum

Quo patet te agere vel ex mera ignorantia, vel ex pura negcia, ut cuilibet etiam mediocriter docto potest notescere

Sed quid expostulas cum Gabriele? illum ne repones inter aduersarios tuos? cum quibus hic contendis? Vulgo dici solet, saluam inuectionem esse in mortuos, quia non recalcitrant. Age cum illis, quibus certamen indixisti, et sine mortuos quiescere in pace sua, Ille vir pius erat et valde doctus, cuius tu dignus non es, ut soluas corrigiam calciamenti eius

Doctores Catholici et sancti tradunt predestinatione dei iuuari precibus sanctorum in predestinatis, eo quod deus predestinauit per media, quibus sua predestinatio sortitur suum effectum. Si autem predestinauit quempiam saluare precibus et intercessione sanctorum, cur non confugeret ille ad auxilia et intercessionem illorum? Tu ne dices hoc illum facere preter ordinationem dei?

Si autem saluamur meritis sanctorum, non ut tu falso interpretaris, sed ad illum sensum, quod sanctorum intercessione deus nos iuuat venire ad Contritionem, in qua datur gratia, qua fit remissio pecc. quia hec peccata excludit nec stat cum eis, sicut nec lux cum tenebris. Quapropter videas quam iuste et docte in Gabrielem illum insolescas, ut tue impietati fucum facias

Et que sunt queso illa absurdiora, que dicis legi etc. Tu tibi vis licere ut dicas in alios que velis absque documento aliquo, Alijs autem hoc minime permittis, sed exigis vel scriptura, vel preceptum dei, vel Exm

Si nescis quid faciat propiciatorem, ecce ipe tibi dica, Is enim propiciator ß, qui satis fecit pro pctis mdi, & habz remittere ea, Ut ß Christus, quem dedit pater coelestis ad hoc officium, quod nulli pure competit creature

Non equantur sancti Christo, ex confidentia, q meritis eorum saluemur, ad illum intellectum quem habet Catholici, qui sentiunt sanctos meruisse, Ut sint intercessores nostri, qui sua intercessione impetrant nobis auxilium dei, quo iuuamur ad conterendum de pctis, in consecutionem gratie, qua remittuntur pcta

Nec ß impertinens Exm in aulis regum, Ubi est Usus intercessionis amicorum

Christus constitutus ß a pre intercessor nr, scdm humana eius natura tanquam caput, cum scdm diuina eius naz, sit equalis patri, & iudex noster, no intercessor, cur igitur membra eius non eent sic intercessores nostri, que se capiti hnt conformare ad nutu & ordinationem eius?

Et si pater dedit filium mediatore intercessionis, cur filius dare non haberet pariter, qui secum tales mediatores eent, Non q indigeret talib. sed Ut honoraret eos eo honore, iuxta suam capacitatem, quo pater ipm honorauit. Num Chrs dicit discipulis. Vos amici mei estis, si feceritis que pcipio Vobis. Et signa que ego facio, & Vos facietis, ac hijs maiora? &c

Sed quid audio de forma absolutionis? Dic queso Ubi hanc audieris, Vel qui Usi sint ea. Cum non sit absolutio, sed forsan oro preuia, qua nonnulli Uti soleant

Absolutio enim hec ß. Dominus nr Iesus Christus p meritum sue passionis, dignetur te absoluere. Et ego eius authoritate te absoluo a sma Excoicationis, si qua ligaris, & a pctis tuis, In noie pris & filij & spiritus sancti. Amen.

Oro ante precurrens, si qui Utuntur illa, Ut tu dicis, non ß accipienda de remissione pecc. quo ad culpa sed quo ad poenam temporalem, que remissis peccatis quo ad culpam in Contritione, remanet adhuc psoluenda diuine iustitie, iuxta supius dicta

Apologia

Quida e nobis Viderunt moriente doctore Theologie, ad quem consolandu adhibitus erat monachus qspia theologus, Is morienti nil inculcabat, ni hac pcatione Mr gratie, nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe

Ut largiamur q̄ bta Maria oret pro ecclia. Nū ipa suscipit animas in morte? Num vincit morte? Nū vivificat? Quid agit Christus? Si h̄ facit b. Maria? Que etsi est dignissima amplissimis honorib., tn̄ non vult se equari christo, sed potius exempla sua nos intueri & amplecti vult.

At res loquitur ipa, q̄ publica p̄suasione bta virgo prsus in locū Chri successerit. Hanc invocaverunt homines, huius mia confisi sunt, per hanc voluerunt placare Christum Quasi is non eet propiciator, sed tm̄ horrendus iudex & ultor. Nos aut sentimus nos tantū fiducia meritorum Chri iustificari, non fiducia meritorū beatę virginis aut aliorum sanctorum

De alijs sanctis dictum b. Unusquisq̄ recipiet mercedē scdm̄ suum laborem, id b, ipi inter se donare sua merita alij alijs non pnt, sicut monachi vendunt suorū ordinū merita

Et hilarius ait de fatuis virginib. Et quia prodire obviam fatuę extinctis lampadib. non pnt, deprecantur eas que prudentes erant, ut oleum mutuent, quib. rudert non posse se dare, quia non sit forte, quod omib. satis sit, alienis scz opib. ac meritis neminē adiuvandū, qz unicuiq̄ lampadi suę emere oleum nccē sit

Cum igitur adversarij doceant fiduciaz collocare in invocationem sanctorū, cum neq̄ verbum dei, neq̄ Exm̄ scripturę habeant, Cum applicent merita sanctorū pro alijs, non secus ac merita Christi

Et proprium Chri honorem in sanctos transferat, Neq̄ opiniones eorum de cultu sanctorū, neq̄ consuetudinem invocationis recipere possumus

Scimus .n. fiduciam in Christi intercessione collocandam ee, quia h̄ sola habet promissione dei. Scimus solius Chri merita propiciationem pro nobis ee. Propt Chri merita reputamur iusti, cum credimus in eum sicut textus ait. Omes qui confidunt in eū, nō ꝯfidentes

Nec iustificamur fiducia meritorum b. virginis aut aliorum sanctorum

Responsio

Et quid faciunt hec tua figmenta in re seria, nisi ut tuam testentur levitatem, qua in pios insolescis, & maxime in monachos?

Et qui erant illi ex vobis, nisi monachi exiticij

larvati & coniugati, quib. patrocinando te opculu pomis facinorum illorum

Et quomodo tibi placet h precatio. Maria mr gre, mr misericordie, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Si te hac indigna censes, Ut vere indignus es, relinque nobis illam, qua & ecclia vitur quotidie in laudib. Virgis omni laude dignissime

Si concedis Virgine Mariam orare pro ecclia, cur no etiam credis, q oret & intercedat pro homib. pticularibq in illa. Forsitan ecclia videtur tibi ee quoddam vniuersale abstractum a singlarib., iuxta comentum Platonis

Et si orat pro ecclia, hoc b, pro omib. fidlib. & ego sed de ecclia, quo igitur non simul orabit etiam q me. Et qua roe concedis eam orare potius pro tota ecclia, q pro particulari ecclia, seu pro pticularib. homib. de ecclia. Quam habes ad hoc scripturam, qui aliis credere no vis sie scriptura.

Num ipa Virgo bta recte mater gre dicitur, que peperit Chm fontem gre. Num illa nos suscipere pot in tuitionem con hostem, & maxime in hora mortis. Et quid dicis de victoria mortis & de vnificatione, cuz illa non ponantur in dicta pratione. Nisi Ut queras, quo pietatem fidlium calumniari possis, & Virginis obscurare & minuere laudem, ac prerogatiua

Et quis dicit q vincat mortem, cu omni hoi statutu sit semel mori, paulo authore. Et quis dicit q vnificet, Ut queras. Quid igitur faciat Christus. Num ex nugis tuis infers equationem Virginis cum Chro. Et si b dignissima amplissimis honorib., cur tu in illaz tam impudenter ingaris. Sic ne illam honoras.

Non res ipa loquitur, sed tu ingando loqueris, q publica psuasione in locum Christi successerit, in quo arrogas fidlib. q illam pro da habuerint vel habeant, ac si nesciant paulu ad Kho. 1. corripe gentes, q diui nitatem creaturis tribuerint

Verum autem b, q hanc inuocquerint homines & hodie inuocant, Ut pro eis intercedat apud filium suu, iuxta prosam quam ecclia canit. Audi nos, nam te filius nihil negans honorat. Salua nos Iesu q qbq Virgo mater te orat

Hug igitur mia sperant fideles, atq confidunt se placare Chm, quia ipsa impetrare potest homi auxili-

um dei sua intercessione, ad ꝯterendu de pctis, in qua Contritione deus placatur homi. Ex quo non sequitur q ergo Chrꝰ no sit ꝓpiciator, cu ipe gratia placatiois donet

Nos autem sentimus, ais, nos tantum fiducia meritorum Chri iustificari. At ego hactenus satis ostendi, no fide, sed gra fieri iustificationem, non fiducia meritorum b. Virginis aut aliorum sanctoru, Ut tu falso & nugose nobis asscribis

Quemqꝫ sanctoru recipe mercedem sua scdm suu laborem, non impedit eos intercedere pro nobis, & ꝑ hoc alij alijs non donant sua merita

Sed quia dicis monachos vendere suoru ordinu merita dic queso, quia gramatici loquuntur ꝑ talenta, quati vendant talentum suoru meritoru, doctus enim es. Ut audio rerum monasticaru, & quo doctus illarum non ees, qui quotidie ꝯuersaris monachis, sed exiticijs, laruatis & coniugatis, quoru facinoru te fecisti patronum

Et si nesciueris, quanti, interroga fatuas Virgines hoc ꝫ, moniales exiticias, que nupserunt monachis Apostatis, an ne istę sciuerint, que magni emerunt suoꝝ maritoru opam, quia honoris & coeli amissione nisi resipiscant

Aduersarij tui non docent fiducia collocandam in sanctoru inuocatione, sed in Chrm, de cꝰ mia & bonitate non diffidunt, sꝑant aut firmiter & ꝯfidunt fideles, q sua misericordiam, ad intercessione sanctoru suoruꝫ ipsis impetiatur, quorum preces, tanqꝫ amicoru suoru nec fastidit nec abijcit, sed honorat illos, queadmodu de patre coelesti dicitur. Iois. 12.

Nec applicant aduersarij tui merita sanctoru ꝑ alijs haud secus ac merita Christi, cum merita Christi sint in redemptione & remissione pecc. quo ad culpa, ad quod non extendunt se merita sanctorum, alias non tantu Unus eet mediator redemptionis. De applicatione autez meritoꝝ sanctoru ꝑ modum suffragij in purgatorium a plate ecclię, qbus hec incumbit, non ꝫ ad propositum nec tu de illa loqueris, Quo plane ꝯuincitur te nescire ꝑ libidine detrahendi, quid loquaris, Nec in ludo Grammatico hec discuntur

Patet etiam, nos minime Chri honore in sactos transferre, Ut tu de nobis nugaris. Et quid ad nos, q sniās nras, quas opiniones Vocas non recipit? Neq consuetudinem inuocationis? Si non Vultis benedictione, no immerito elongabitur a Vobis

An ne Christus in sua ecclia. Vobis carere poterit, q Ultro defecistis ab illa, nec Vultis redire ad eam, sed persequimini eos qui sunt in ea? Num de deo Ecclia stici 15. dicit Qui non concupiscat multitudine filiorum infidelium & inutiliu? Et Sap. 14 dicitur, q similiter odio sint deo impius & impietas eius

Et quid ē opus te tanta Uti speculari pugna, & tot Uti Sophismatib.? An non legeras scriptum Eccli 37. Qui Sophistice loqtur odibilis ē, & in omi re defraudabit?

Tu multa in nos loqueris, & insup ad hec scripturas citas & producis, quasi scriptura confirmare debeat tuas nugas quas in nos comentaris

Quis n. ex nobis dicit, nos iustificari fiducia meritorum b. Virginis, aut aliorum sanctorum? Est ne fiducia illa gratia, qua fit iustificatio? Et quis Unquam talem audiuit disputatorem?

Apologia

Heret & hic error apud doctos, q singulis sanctis certe pcurationes comisse sint, Ut Anna diuicias largiatur, Sebastianus arceat pestilentiam, Valentinus medeatur morbo comiciali, Georgius tueatur eqtes

He psuasiones plane sunt orte ex ethnicis Exemplis. Sic n. apud Rhomanos putabatur Iuno ditare, Febris arcere febrim, Castor & Pollux defendere eqtes &c

Et fingamus moderatissime tradi inuocationem sanctorum, tn cu Exm sit piclosissimu, quorsum opus ē eam defendere, cu nullum habeat madatu aut testimoniu ex Verbo dei? Imo nec Veteru scriptoru testimonium habet

Primu q2, Ut sup dixi, cu alij mediatores pt chrm qrntur, collocatis fiducia in alios, obruitur tota noticia Christi, Idq res ostendit

Videtur initio mentio sanctoru, qualis ē in Veterib. oronib., tolerabili consilio recepta ee. Postea secuta ē inuocatio. Inuocatione prodigiosi, & plus qz Ethnici abusus secuti sunt

Ab inuocatione ad imagines Deum ꝯ, hę quoq̃ colebantur, & putabatur eis inesse quedam uis, sicut magi uim inesse fingut imaginib. signorum coelestium, certo tempore sculptis

Uidimq̃ in quoda monasterio simulacrum b. Virginis quod quasi extonator apte mouebatur, Ut uideretur aut auersari petentes, aut annuere. Et tm̃ dum statuarum atq̃ picturar portenta superant fabulosę historię & sanctę quę magna authoritate publice tractabantur

Barbara petit inter tormenta primu, ne qs inuocans ipam, sine Eucharistia moriatur. Alius totum psalterium stans pcē in uno quotidie recitauit, Chrophorum pinxit aliquis uir prudens, Ut significaret p allegoria, magnum oportere robur aīm ee in his, qui ferrent Chrm, hoc ꝯ. q docerent Euangm̃ aut confiterentur, quia necesse sit maxima subire pericula

Deum stolidi monachi apud populu docuerut inuocare Christopherum, quasi talis polyphemus aliquando extitisset

Cumq̃ sancti maximas res gesserint, uel reipublicę Utiles, uel continentes priuata exempla, quarum commemoratio tum ad fidem confirmanda, tum ad imitatione in rebus gerendis multum conduceret, has nemo ex Ueteris historijs coīsimit **Respon.**

Hic uide quid tuus scribat Lutherꝰ. Scribit enim. Oes sancti omnia possunt, & tm̃ tibi per eos dabitur, quantum credis te acceptuꝝ, ideo omnia tua gmendes ei, in quem magis affectus es

Primum pcta tua, & uitam̃ emendatem amę, sicut S. Cecilia fecit in nuptijs suis, Omnes n. sanctos ordine, & p ordine inuocauit, p sua castitate ꝑseruada apud deum

Quod & b. Aug. in quadam epta sentit, scz q deus p unum sctum, imo in uno loco facit, quod in alio no facit quod Lutherus se ait non improbare. Cum illo igitur hec disputes, quid nobis ea proponis, cu sint pter scopum.

Et qd tum, si suasiones illę ortę sint ex Ethnicę exis.? Num multa ethnicorum facta recepta sunt in ecclesiam, & mutata in pietatem, Ut patet de portatione candelarum incensarum, in die purificatois Marię & in alijs reb.? Uide tu an suasiones illę bonę sint, uel malę, Utiles an nociuę

Ostendas tu Exm̄ inuocationis sctorꝝ ēe piculo-
sissimū, Multa sunt in Christianismo, que nc̄ ma-
datum dei hnt, nec testimoniū ex vo dei, & tn̄ sūt boa.
& multum proficua fidelibus, Ut notum ꝫ

Scribitꝫ Iois ultimo, Multa alia ēe q̄ fecit Iesus, que si
scribantur p singula, nc̄ ipm̄ arbitror mūdū capere posse
eos, qui scribendi sunt libros. Iam q̄ro a te, an ne omnia h̄
fuerint valde bona & utilia ecclie, cū eterna sapia nil fece-
rit frustra, & tn̄ nō sūt precepta, nec testimoniū habet
ex verbo dei, cum non sint scripta. Credo aūt illorum
aliqua aplica relatione ecclie manifestata

Et quid nugaris de veterum scriptorū testimonio
Cum b. Aug⁹ qui ante mille annos erat, cū alijs se an-
tiquioribus testetur sanctorum inuocationem, iuxta
supius dicta

Quod supra dixisti, nuge sunt, quia dum alij me-
diatores intercessionis cū Chro queruntur, non collocatur
fiducia in alios, quia fiditur Chri misericordie, q̄ ob p̄-
ces sanctorū suorū datura sit desiderata & petita

Nec obruitur noticia Chri, qz inuocantur scti, Ut
apud Chrm̄ intercedant p nobis. hoc res ondit, nō qd
tn̄ fabularis, nesciens quid dicas

Si mentio sanctorum in veterib. oroib. tolerabili
consilio recepta ꝫ, cur tū mentione illorū ia non
toleras? Sed dic postea inuocationem secutam? Nū
satꝫ ego probaueram in illa mentione fuisse inuocati-
onem, iuxta pdicta?

Et qui queso sunt illi prodigiosi & Ethnici abusꝰ
qui secuti sunt, si satꝫ esset te dicere, posses plura dicere
Ostende que dicꝫ scriptura, vel exo ex verbo dei, qui nō
sinis alios loqui absq; illis

Imagines culte sunt suo more, sicut hodie coluntꝫ
reuerentia decenti p respectum ad figurata. Num hodie
genu flectitur cruci, tanq̄ imagini passionis Chri? ꝛc

Et quid ad Chricolas, qd magi finxerint vel fin-
gant, cum ipi ex fide & scriptura habeant, diuinitatem
nulli creature tribuendam ēe? Et q̄ vis pot credi inēe
lapidi, ligno, auro, vel argento, pter eam qua a na hz?
Et dato q̄ aliqui rudes & simplices, ex sua simplicitate
vel male psuasi aliqn̄ putauerint vim inēe imagini-
bus, roe cꝰ magis inclinabantur & afficiebantur ad vna
imagine, quam ad aliam, ideo ne sancti in coelis non
sunt inuocandi?

Sed quid facit ad scopum tuum, simulacrum versatile quod dicis te vidisse in quodam monasterio, de quo tua figmenta loqueris, de aversione & annuitione?

Fabulosa contineri in historijs sanctorum & ipse fateor sed quis prohibere pot fabulosa scribentes, qui si omnes prohiberi deberent, oporteret & te prohiberi, qui presentem libellum tot refersisti nugis & fabulis, ut nil supra, sed quid hec ad scopum tuum, nisi ut tibi grandescat & turgeat pagina nugis?

Et quorum queso erat illa magna authoritas, qua publice tradebantur historie fabulose legi, scz in templis vel predicari in suggestis? Quis tam stolidus, qui iubeat nugas & fabulas immisceri cultui diuino? & si p incuriam vel insciciam prelatorum hmodi irrepserint hactenus, sed quid hec ad scopum tuum? ideo ne inuocandi non sunt sancti in coelo?

Et qui scis, an S. Barbara, cum iam eet quasi i ianua exitus de hoc mdo, & legittime certauerit, ut nil illi restaret, nisi recipe coronam glorie, ex instictu spiritussancti hoc orauerit nec ne? Tu nimis facilis es in taxandis sanctorum factis, quasi deus mirabilis no sit in sanctis suis

Quid autem ad nos de oroe Psalterij, facta qttidie? &c An factum prudens vel fatuum censeri debeat, tibi iudicandum relinquo, qui omnia iudicas, & harum rerum fatuarum p ceteris peritiam habes

De pictura aute Chrophori, & eius significatioe Allegorica libenter audirem a quo illam haberes, & qui scias a monachis illum in polyphemum transformatum ee, q Cyclops erat, & precipuus inter Æthneos gigantes, authore Andino vate, cq & homerus meminit in Odissea. qz verus aut tu sis in historijs, satis tua testantes scripta

Apologia

At vero prodest audire, quo sancti viri administrauerint respublicas, quos casus, que picula subierit, quo sancti viri regib. auxilio fuerint in magnis piclis, quo docuerit Euang, quas habuerit cu hereticis dimicationes

Prosunt & Exa mie, ut cum videmus Petro condonatam ee negationem. Cum videmus Cypriano condonatu ee, q Magus fuisset. Cum videmus Augustinum in morbo expertum vim fidei, constanter affirmare, q

Vere deus exaudiat preces credentium

huiusmodi Exa que vel fidem vel timore vel administrationem reipublicę, continent, poterat recitari

Sed histriones quidam, nulla, neque fidei, neque rerum publicarum regendarum scientia prediti, confinxerunt fabulas, imitatione poematum, in quib. tm insunt superstitiosa Exa, de certis precib., certis ieiunijs, & addita sunt quedam ad quęstum facientia

Cusmodi sunt miracula de Rosarijs, & similib. Ceremonijs conficta

Neque opus est hic recitare Exa. Extant n. legendę ut vocant, & specta exemplorum, & Rosaria, in quibus pleraque sunt non dissimilia veris narrationib. Luciani

His prodigiosis & impijs fabulis applaudunt Epi, Theologi, monachi, qr faciunt προς τα αλφιτα

Nos non ferunt, qui, ut Chri honos & officium magis conspici possit, non requirimus invocatione sanctorum, et abusus in cultu sanctorum taxamus

Cumque omnes boni viri ubique desiderent in his abusib. corrigendis, vel Eporum auctoritate, vel diligentia concionantium, tamen adversarij nri, in confutatione omnino dissimulant etiam manifesta vicia, quasi recepta confutatione velint nos cogere, ut etia notissimos abusus approbemus

Ita insidiose scripta est confutatio, non tm in hoc loco, sed fere ubique. Nullus est locus, in quo a dogmatibus suis discernant manifestos abusus. Et tn apud ipos, si qui sunt saniores, fatentur multas falsas persuasiones herere in doctrina Scholasticorum & Canonistarum. Multos preterea abusus in tanta inscitia, & negligentia pastorum irrepsisse in eccliam

Neque n. primus fuit Lutherus, qui de publicis abusibus quereretur. Multi docti & prestantes viri, longe an h tpa deplorauerunt abusus Missę, fiducia observationum monasticarum, quęstuosos cultus sanctorum, confusione de doctrina penitentię, quam vel maxime oportebat perspicuam & exploratam extare in ecclia

Ipsi audiuimus excellentes Theologos, desiderare modum in Scholastica doctrina, que multo plus hz rixarum philosophicarum, quam pietatis

Et tn in hijs veteres fere propiores sunt scripturę quam recentiores. Ita magis magisque degeneravit istorum Theologia

Responsio

Ad quid quæso prodest hec hic audire, cum sint prorsus preter scopum, & aliunde sat cnota sunt.?

Histriones ne tibi fuisse videntur rectores eccliæ qui certas preces & ieiunia instituerunt.? Et que exa superstitiosa illis q̃so insunt, taceo quæstu ad que addiert.?

Et an tibi malum videtur orare Rosarium in honore b. Virginis.? forsan illa tibi indigna videtur, Ut Rosarijs vel similib. Ceremonijs honoretur. Vellem aut libenter audire, quid fraseæ illæ commenticiæ ad scopum tum facerent. His ne probabis sanctos non ee invocados, nec singularib. orationib. honorandos

Stet aut multa conficta contineri legendis sctorũ At quis figmenta illa probabit, cui mens sanior fuerit & intelligentia Chriana.? An non legeras scriptu. Stultorum infinitu ee nũz.? in quo nũo & multi scriptores inveniuntur, sive legendas, Ut vocant, sanctorũ scripserint, sive alia, Tibi aut incumbit videre, an ne etiã ipe hoc nũo sis comphensus, qui in uno libello tot & tantæ agis nugis, Ut non inepte Luciani illu secutus dicaris, qui risor deorum erat & hoim

Nullus ex ipis Theologis & veris monachis, impijs & prodigiosis applaudit fabulis, sed execratur quilibet illas, q̃ potest maxime, quia deformant cultu diuinum, nec erudiunt di poplm, cum in nugis nulla sit instructio, sed potius seductio. Nec eget deus nugis hoim, nec populus eius

At tuis nugis comenticijs in hoc libello productis, quib. alterum agis Lucianũ, multu accedunt Epi tuæ eccliæ coprotinæ, & tibi similes Theologi Theodidacti, cũ monachis exitijs, larvatæ & comgatis, Cristasq̃ suas erigunt, & nuro modo pro Suggesto strepunt, & in Papistas insolescunt, quibus offero hanc meam rusione, Ut legant quale Lucianũ & patronũ habeant

Recede aut vos non ferunt, q̃ honore Chri & officiũ illius non q̃rit, p contemptũ invocationis sctorũ, quos Chrus honorat in hoc, q̃ vult illos secum ee intercessionis mediatores, tanq̃ membra corpis sui mystici, & tanquam amicos suos, quib. dum vos hunc honore detrahitis, etiam Chrũ ipũ inhonoratis

Dicis Vos taxare abusus in cultu sanctorum, quasi ecclesia sancta Catholica nesciat, quomodo colendi sint sancti. Et quis constituit Vos rectores ecclesiae, Ut officium illorum Vobis Usurparetis?

Aduersarij Vri in confutatione sua, qua confutant errores Vros, quos principib. Vris suggessistis, fecerunt quod tunc incumbebat eis, nulla palpantes Vicia. At contra hoc tunc scribere non postulauit nec requirebat materia sat erat eis tunc scribere contra erroris Vicia, quibus Vos egistis & hodie agitis contra doctrinam rectae fidei, & Vitae Vere Christianae

Non minus libenter Viderent illi reformatione multorum in ecclesia & abusuum multorum, qui illi irrepserunt incuria praelatorum, & malicia subditorum. At Vos Vra impietate & perfidia, qua turbatis ecclesiam, impeditis tantum bonum eius

Nemo Vos cogit notissimos abusus approbare. At Vos abusus dicitis, qui abusus non sunt, ideo in hoc errores Vros confutatores Vestri, nolunt approbare. De quo statim Videbitur infra

Non est insidiose scripta confutatio, Ut tu nugaris, sed fideliter & amice. Nec in suis dogmatib. aduersarij Vestri aliquem Verum probant abusum, sed Vras nugas confutant, docentes abusus non esse, quos Vos abusus dicitis & Vocatis

De doctrina Scholasticorum, non est hic narrandi locus, qui operam dederunt inquirendae Veritati, in quib. si qui per omnia non attigerunt Veritatem, sed in aliquibus errauerunt, scire habes & hoc Ecclesiasticis & sanctis doctorib. contigisse, Ut b. hieronymo, Augustino & alijs, at illi manserunt cum ecclesia, cuius iudicio sua subiecerunt, quod tu non facis, doctior illa, & spiritu Veritatis, quo illuminatio & regitur

Nec nos dicimus Lutherum fuisse primum in re illa, sed dicimus illum fuisse primum, qui temere & friuole hac tempestate tentauit multa, quibus ecclesia nunc peius habet, quam habuerat ante, in quo tu illi egregiam operam nauasti, & nauas hodie

Non ignoro ipse in Scholastica Theologia excessum esse per nimia inuolutione eorum, quorum decisio pertinet ad scholas artisciorum, in quib. naturalia, Metaphisicalia, Moralia, & dialecticae negocia, aptius & consultius tractantur, Quapropter & ipse

pter & ipe modum in doctrina illa optime ferre posse

Sed Utcunqz Veteres propinqui erant scripturę, inuentu ꝫ illos in multis multum improprios fuisse, quorum improprietatem recentiores ad proprietatem suo studio reduxerunt, Roe cꝰ, istorū Theologia nō degnauit, qz obscure ꝑ veteres tradita, hij illustrauerunt & conspectiora reddiderunt

Apologia

Nec alia causa fuit multis bonis Viris, q initio aare ceperunt Lutherum, qz q Videbant eum explicare aios hoim ex his Labyrinthis, confusissimarū & infinitarū disputationū, quę sunt apud Scholasticos Theologos & Canonistas, & res Utiles ad pietatem docere

Quare non fecerunt candide aduersarij, q cū vellet nos assentiri confutationi, dissimulauerunt abusꝰ, ac si Vellent ecclię consultū, maxime isto in loco, in hac occasione debebant hortari optimū imꝑatore, Ut de corrigendis abusib. consilium capet, quem quidem nō obscure aiaduertimus cupidissimū esse bene constituendę & sanandę ecclię

Sed aduersarij non hoc agunt, Ut honestissima & sanctissima Voluntatem Imꝑatoris adiuuent, sed Ut nos qq modo opprimant, De statu ecclię, multa signa ondunt eos parum sollicitos ee, Non dant opam Ut extet apud populum certa qdam suma dogmatū Ecclīasticorum

Manifestos abusus noua & inusitata crudelitate defendunt, Nullos patiuntur in ecclia idoneos doctores h q spectent boni Viri facile iudicare possunt

Sed hac Via neqz suo regno neqz ecclię bn consulut Nam interfectis bonis doctorib., oppressa sana doctrina postea existent fanatici spus, quos non poterunt reprimere aduersarij. Qui & ecclesiam impijs dogmatib. ꝑturbabt & totam ecclesiasticam politiam euertent, qua nos maxime cupimus conseruare

Quare te optime Imꝑator Carole propter glaz Chri, quam nil dubitamus te cupere ornare atqz augere, oramꝰ, ne Violentę consilijs aduersariorū nrorū assentiaris, sed Ut queras alias honestas Vias concordię, ita constituendę, ne pię conscię grauentur, neue seuicia aliqua in homies innocentes, sicut hactenus fieri Vidimꝰ, exerceatur, neue sana doctrina in ecclesia opprimatur

hoc officiu deo maxime oñ debes, sana doctrinam conseruare, & propagare ad posteros, & defendere recta docentes

Id n. postulat deus, cum reges ornat noie suo, & deos appellat, inquiens. Ego dixi dij estis, Ut res diuinas, hoc ꝫ, Euangelium Christi, in terris conseruari & ꝓpagari curent, & tanquam Vicarij dei, Vitam & salutem innocentu defendant

Responsio

Non conciliauit sibi amore Lutherus, ab initio suę attemptationis, multoru bonoru Virorꝝ, ob hanc causa quā tu dicis. Sed ideo, quia cepit abusus in ecclia taxare Veros, apud quam rem si ꝑmansisset, multos ex Catholicis doctorib. adiutores habuisset, Ex principib. quoq; & nobilibus fauorem habuisset no exiguum, qui oes libenter Vidissent ecclię reformationem

Quod & hodie fieri bonu eet. Non Videtur ante nunc modo melior, q̄ ꝑ gnale Concilium, quod qui fieri impediunt, ipsi suam mercedem etiam aliquando inuenient

Postq̄ aut cepat quosdam bonos Vsus in ecclia pro abusib. obtrudere, & doctrinam Catholicam, cum cultu Ecclęsiastico subuertere, non imerito priore & amore & fauore perdidit, & iudicatus ꝫ pro tali, qualis erat, ab his qrū intererat hꝯmodi iudicare

Et quid dicis explicatione? ꝛc cum is plus implicauerit & intricauerit animos hoim suis ꝯmentis & figmentis Catholicę doctrinę repugnantib. At quas res Utiles ad pietatem subuertendam docuerit, satis testantur scripta eiꝰ

Candide fecerunt aduersarij Vri ꝑ omne modu, quia minime dissimulauerunt optimos Vsus in ecclia tueri quos tu cu tuis Vocastis & hodie Vocatis abusꝰ impie & nugose

Et satis optimu imꝑatorem instruxerunt, Ut consiliu capet de tuendis bonis Vsib. in ecclia, contra Vram temeritatem & proteruiam. Quem & nos no obscure animaduertimus & expti sumus cupidissimu ee bene ꝯstituendę & sanandę ecclesię ab impietate & ꝑfidia Vra, q̄ turbastis ea

Aduersarij tui hoc pro sua Virili egerunt, Ut honestissima & sanctissima imꝑatoris Voluntatem adiuuaret in re tam pia & proficua ꝛc Et nil omino de Vobis oppmendis cogitauerunt, personaru quidē amici, causę autem no itidem, qn ꝑsonę dilectione, Ut b. Greg. d. tenemur, Vicijs

autem districtionem

Signa de statu ecclie nos paru curare, parumq; sollicitos esse, sunt Sycophantie & nuge tue, quib. impie in nos insolescis. Nos operam damus, quam possumus maxima, Ut doctrina ecclesie syncera remaneat apud populum, & ne is totus inficiatur doctrina impietatis & perfidie Vre

Nos nullos abusus, manifesti sint sive occulti, aliqua crudelitate defendimus, Ut tu in nos ungaris, sed usus bonos & sanctos ab ecclia sa Catholica receptos, et longa praxi probatos, qs Vos abusus impie dicitis & Vocatis tuemur & defendimus

Nullum in ecclia doctorem fidelem carpimus, impios aut seductores, qualis tu es, cu complicib. tuis, arguimus in suis technis & nugis, qb. imponunt populo & seducunt illum

Si vultis idonei doctores dici, cur no remanetis cu doctria Catholica, sed quia ab illa receditis, idonei doctores non estis sed seductores, & sal infatuatum, de quo loquitur Chrs Math. 5. q ad nihilu valeat, m Ut mittatur foras, & conculcetis ab homib.

Optime consulunt ecclie, reprimendo seductores, & abijciendo illos, qui hij sunt qui sanam doctrina opprimunt, & sua que impia b statuunt. Et hij sunt fanatici spus, inter quos Lutherum tuu video primariu & antesignanum ee, Te quoq; subsidiarium eius, & secundariu, qui ecclam impijs dogmatib. implestis & perturbastis, & totam Ecclasticam politiam i cultu diuino cum suis Ceremonijs subuertere laborastis, quaz nos Catholici maxime cupimus conseruare, nos Vos schismatici

Cuius rei Carolus Impator optimus minime ignarus est habetq; penes se indubie etiam viros bonos & eruditos, q ignari non sunt, quid pre se ferat Vra attentatio temeraria et tam friuola, quorum consilijs fretus, inuenit aduersarios Vestros suam maiestatem rcte & pie instruxisse

Propter quod nce non b illi, alias vias concordie querere quando Chri ad Belial nulla b conuentio, nec doctrine Catholice cum hereticoru ungis comenticijs

Nulla seuicia hactenus visa b fieri in homines insontes & innocentes, sed forifactores qda iure factis digna receperunt

Petis ne sana doctrina in ecclia opprimatur, & tu Vnus ex illis es, qui opprimis illam, qui doctrina impia Catholice

doctrinę aduersam vocas sanam, & ideo dignus es, vt exaudiaris in precib. tuis ad Imperatorem fusis. qui indubie doctrina sanam, qualis tua & tuorum non est, conseruabit, & propagabit ad posteros, defendetq; recta docentes, hijs aut qui impia docent, digna factis repedet, Id n. postulat deus, a quo omnis est potestas, qui & interrogabit opa eorum, q in ptate sunt constituti, quomodo scz vsi sint illa ad gloriam dei, ad incrementum & manutenentia ecclię suę, & ad tuendu bonos, & plectendu malos in illa, in conseruatione reipublicę Chrianę, in vtroq; statu, spuali scz & sęculari

Nihil igitur te iuuabunt blandicię tuę fucosę & dolosę apud Imperatorem, qn satis notę sunt illi nugę tuę, quib. egisti in articlis principum & quib. nunc agis in responsione ad confutationez aduersariorum tuorum

Verum his visis, quib. rndes ad confutatione aduersariorum tuorum in viginti vnu articlos principu, pergam ad abusus, quos vocas tales satis impie pro more tuo, vt videatur qz docte & egregie in illis respondeas aduersariorum tuorum confutationi, & defenses ac tuearis tuorum principu confessionem in eis

Et si septem, quos abusus Confessio principu tuorum vocat, confutati sint a nobis, tu tamen solum de quinq; hic agis in tua Apologia, sed qz impie & qz indocte illos tueri nitaris, ipe insup conabor ostendere

Secūda pars Apologie

Continet Quinq; Articulos

Articulus primus

Est de Utraq; spē Cenę domini

Apologia

Non potest dubitari, quin pium sit & consentaneū institutioni Chri & Verbis Pauli, Uti Utraq; parte in Cena domini

Chrus .n. instituit Utramq; partem, & instituit non pro parte ecclię, sed pro tota ecclesia

Nam non presbyteri sed tota ecclia auc^te Christi, nō auc^te humana Utitur sacramento, idq; fateri aduersarios existimamus

Iam si Christus instituit pro tota ecclia, cur altera species adimitur parti ecclię? cur ꝓhibetur Usus alterius speciei? Cur mutatur ordinatio Chri? presertim cum ipe Vocet eam testamentū suum?

Q si homis testamentū rescindere non licet, multo mīus Chri testamentū rescindere licebit

Et Paulus inqt, se a dno accepisse, quod tradidit, tradiderat aūt Usum Utriusq; spei, sic clare ondit textus .1. Cor. 11.

Hoc facite, inquit, primū de corpore, postea eadem Verba de poculo repetit. Et deinde. Probet seipm homo & sic de pane comedat & ex poculo bibat. hec sunt Verba disponentis

Et quidē prefatur, Ut q sūt Usuri Cena dni, simul Utantur. Quare constat pro tota ecclesia Sacramētū institutū esse

Et manet mos adhuc in ecclijs grecis, & fuit quonda etia in latinis ecclijs, sicut Cyprianus & hieronimus testantur. Sic .n. inqt hieros in Sophoniam. Sacerdotes qui Eucharistię seruiunt, & sanguinem dni populis eius diuidunt ꝛc

Idem testatur Synodus Toletana. Nec difficile fuerit magnū acerui testimoniorū congerere, hic nil exaggeramus, tantū relinquimus prudenti lectori expendendū, quid sentiendum sit de diuina ordinatione

Responsio

Non ꝫ pium, sed exitiale, Uti Utraq; specie in Cena domi extra Missam, quia ꝫ contra mandatum ecclię, q audienda ꝫ in Rectorib. & prelatis suis, Ut multis in locis scriptura testatur quia Math. 18. Lucę 10. & ad hebreos 13. Quia q ecclīam non audierit, tanquā Ethnicus & publicanus ꝫ habedus

Et q Vos spernit, ait Christus, ad discipulos suos & ad prelatos ecclię i illis me spernit. Et Paulus dicit. Obedite prepositis Vris, & subiacete eis ꝛc

Et quid dicis de institutione, cum aliud sit instituere Cenam, & aliud uti ea? Non inficior Christum instituisse utramque partem, sed quod pro tota ecclesia instituerit utramque partem necessario sumenda, nego. quia hoc reliquit prelatorum discretioni in ecclesia, ut daretur vel una species vel ambe, pro ut sibi videretur expedire pro comoditate subditorum, iuxta qualitatem hominum & conditionem temporum, ut diffuse exposueram alibi

Fateor etiam totam ecclesiam capacem fidei per rationis usum auctoritate Christi uti sacramento illo, auctoritate autem humana sumunt illud laici tantum sub una specie, idque fatentur aduersarij tui

Christus hoc Sacramentum instituit pro ecclesia tota, ut dictum est, sed non instituit ut cuique de ecclesia daretur sub utraque specie

Nunc audite Areopagitas nostros, quam indignam sententiam posuerint in confutatione, sic aiunt. Sacris lris expressum est monasticam vitam debita observatione custoditam, quam per gratiam dei quilibet monastici custodire possunt, mereri vitam eternam.

Et quidem multo auctiore Christus eis promisit, qui reliquerit domum aut fratres etc. Hec sunt verba adversariorum, in quib. hoc primum impudentissime dicitur, quod sacris lris expressum sit, vitam monasticam mereri vitam eternam, ubi n. loquuntur sacre lre de monastica?

Sic agunt causam adversarij, sic citant scripturas nihili homines, cum nemo nesciat, monasticam recens excogitatam esse. tum allegant authoritatem scripture. & quidem dicunt hoc suum decretum expressum esse in scripturis

Preterea contumelia afficiunt Christum, cum dicunt, homines per monasticam mereri vitam eternam. Deus ne sine quidem legi hunc honorem tribuit, quod mereatur vitam eternam, sicut clare dicit apud Ezech. cap. 20. Ego dedi eis precepta non bona, & iudicia in quib. non vivent

Primum hoc certum est, quod vita monastica non meretur remissionem pecc. sed hanc fide gratis accipimus, ut supra dictum est

Deinde propter Christum per misericordiam donatur vita eterna his qui fide accipiunt remissionem pecc. Nec opponunt merita sua iudicio dei, sicut & Bernardus gravissime dicit. Necesse est primo omnium credere, quod remissionem pecc. habere non possis, nisi per indulgentiam dei. Deinde quod nil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse, Postremo, quod eternam vitam nullis potes operib. promereri nisi gratis detur & illa. Cetera que in eandem sententiam sequuntur, supra recitavimus

Addit aut in fine Bernardus. Nemo se seducat, quia si bene cogitare voluerit, inveniet procul dubio, quod nec cum decem milib. possit occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se

Cum aut nec divine legis operib. mereamur remissionem

pecc. aut Vitam eternam, sed necesse sit quærere miam promissam in Chro, multo minus observationib. monasticis, cum sint meræ traditiones humanæ, tribuendus est hic honor, quod mereantur remissionem pecc. aut Vitam eternam

Ita simpliciter obruunt Euangelium de gratuita remissione pecc. & de apprehendenda mia, promissa in Chro, qui docet monasticam Vitam mereri remissionem pecc. aut Vitam eternam

Et fiduciam debitam Chro transferunt in illas stultas observationes. Pro Chro colunt suos Cucullos, suas sordes. Cum aut & ipsi egeant mia, impie faciunt, quod fingunt merita superogationis, eaque alijs vendunt

Breuius de his reb. dicimus, quia ex his quæ sup. de iustificatione, de pnia, de traditionib. humanis, diximus, satis constat Vota monastica non esse precium, propter quod detur remissio pecc. & Vita eterna. Et cum Chrus vocet traditiones cultus inutiles, nullo modo sunt perfectio Euangelica

Responsio

Sic sonat sententia, quam aduersarij tui dederunt in confutatione. Vita monastica Votis laudabiliter firmata, non pugnat cum Christianismo, cum sit a prophetis pronunciata, patribus inspirata, in consilijs Chri fundata, sanctorum primitiuæ ecclesiæ usu obseruata, & ab Universali ecclia tot centenis annis, per Universum orbem approbata

Huius sententiæ per singulas partes probatio videatur in confutatione confessionis principum, quia longum nimis esset eam hic repetere. Unde non est a nobis dictum, sacris lris expressum esse, monasticam Vitam mereri Vitam eternam, scz ex se Si aut fit ex gra, certum est quod sit meritoria gliæ. Si quid aut nos dixerimus ad sanum sensum verum, mox tu illud arripis & torques ad scopum impietatis tuæ, quod non est officium boni Viri

Insultatio igitur tua, qua in nos insolescis, & despectiue homines nihili dicis optime decet modestiam tuam, & satis declarat, quo aio studeas Veritati. Nugæ igitur impudentissimæ sunt, quod nos dicamus sacris lris expressum esse, Vitam monasticam mereri Vitam eternam

Non afficimus nos contumelia Chrum verbis nris, sed tu illum hac afficis, qn nugis agis, que contra illum sunt tanquam contra eternam Veritatem

Neque lex noua neque Vetus ex se meritoria erat gloriæ, Si autem seruatur noua, & Vetus seruabatur ex gra, roe

illius gratię meritoria ꝫ & erat glię, & scdm hoc, vā Ezech. sunt accipienda, & etiam Pauli in multis locis

Et quid redis cum larua tua, de merito remissiois pecc. cum nos non dicaꝰ vitā monasticā sic meritoriā ēe. Nec inficiamur propter Chrm dari vitam ęternā, si quis ex gratia obedit preceptis eius

Nemo ex nobis opponit merita sua iudicio dei, sic q̄ ꝑ illa putet se iustificari. At si quis ex grā bn̄ opatur, iam gratia iustificatus, is non ꝫ in ira dei, ideo sua opa bona non habet opponere iudicio dei, sed expectare remunerationem illorum, nec aliud vult Bernardus, scdm quod & supra patuit

Et quid iterum priorem repetis larua, de remissioe pecc. cum illorum remissio grā fiat, q̄ nō cadit sub merito ~~nro~~ operis nri cꝯcunqꝫ? Pudet ne tam sepe eandē larua repetere, & nugis tuis cōmenticijs in nos ludere, in infamiam certe non nram, sed tuam?

Quis aut risum continebit, qn te dicere audit nos Cucullū pro Chro colere? Videas aut tu ne bardocucullos ipe pro Chro colas, qn exiticios monachos, contra Chrm tueris, ne promissa seruent illi. Num i re illa pluris facis bardocucullū, q̄ꝫ veritatem?

Merita superogationis apud nos nō sunt, qn tenemꝰ tam ad consilia Euangca q̄ꝫ precepta, & ideo nō possumus vendere illa, quod tamen tu nos facere dicis, nescię ipse quid loquaris

Quam breuis aut tuus hic fuit sermo, satꝰ ondunt vōꝝ tuorū inutiliū insana syrmata, quib. in nos hactenus egeras, nobis imputando multa, quorū nūqꝫ meminimus, que etiam tam futilia sunt, & manifeste falsa, Ut me pigeat & pudeat omnia repetere

Apologia

Verum aduersarij videri volunt astute moderari vulgarem ꝑsuasionem de ꝑfectione. Negant monasticā vitam ꝑfectionem ēe, sed dicunt statum ēe acqrendę ꝑfectionis

Belle dictum ꝫ, & meminimꝰ hanc correctionem extare apud Gersonem. Apparet .n. prudentes viros offensos imodicis illis Encomijs vitę monasticę, cū nō auderent in totum detrahere ei laudem ꝑfectionis, addidisse

hanc επανορθωσιν, q sit status acquirendę pfectionis

Hoc si sequimur, nihilo magis erit monasticę status pfectionis, q̃ vita agricolę, aut fabri. Nam hij quoq; sunt status acquirendę pfectionis. Omnes n. hoies in quacunq; vocatione pfectionem expetere debent, hoc ꝫ, crescere in timore dei, in fide, in dilectione proximi, & similibus virtutib. spiritualibus

Extant in historijs Eremitarū Exa. Anthonij & aliorum, que exequant gnā vitę. Scribitur Anthonio petenti ut deus sibi ostenderet, quantū in hoc vitę gne pficeret, quendā in urbe Alexādria sutore mostratū esse p somniū cui compararetur. Postridie Anthonius veniens in urbe ꝫ accedit ad sutorem, exploraturus illius exercitia, & dona Collocutus cū homine nil audit nisi mane eū p universa ciuitate paucis verbis orare, deinde arti suę opam dare

Hic intellexit Anthonius nō ēē iustificatione tribuēdā illi gni vitę, quod suscepat

Responsio

Impie nobis astutiam tribuis, qn nos nil pfectionis nobis tribuimus, sed quod etiā seculares doctores scribunt de statu pfectionis acquirendę, ad sanū intellectū cū illis sentimus, sed tu omnia astute insectaris, nō querendo veritatem, sed ansam qualemcunq; qua possis nobis insultare, & hec ꝫ probitas tua, que nullam nutrit versutiam & astuciam versipellem

Siue magis siue minus monasticę status in pfectioe fuerit, q̃ vita agricolarum vel fabrorū, nil ad nos, q nil perfectionis nobis arrogamus, roē status nri, sed humiliter profitemur nos pctores esse, & ēē in statu ppetuę pnię. Tu aut omne angulum lustras, an inuenire quippiā possis contra nos, quo monachis tuis exiticijs patrocineris, ac crimina & facinora illorū fuces & ornes, quorū utiq; patronus es factus, & opculū nequicię illorū. At sciueris velim, nostram imperfectionem minime iustificare facinora illorum

Et quid citas fabulas ex libello qui inscribitur. Vitas patrum, atq; somnia, q nobis nō anuis, nisi solidis agag scripturis? Improperas nobis crebro somnia, & iam ipse agis somnijs. At quia tu impeccabilis es, eo q fronte perfricueris, ideo tibi omnia licent, Utinam aut simul

tibi liceret ēē probum. Tu nos nebulones vocas, utinaꝫ ipe nō maximū, & nō impudentissimum ageres nebulonem

Si aūt verum fuerit, quod de Anthonio refers, somnium sit, vel reuelatio illi facta, quid ad nos, q cū Anthonio non tribuimus iustificationem illi gnī vitę. An aūt hoc antea nō intellexerit Anthonius, nō videtur verisimile, qꝛ postea non reliquit hoc genus vitę, sed pmansit stabilis & constans in eo. Quapropter tibi videre incumbit, quid instabilitas & inconstantia tuoꝝ exiticiorū monachorū, quos tueris, meruerit. Non sum ignarus ego, unde h tua fluant cōmenta. Si tu suaderes monachis illis redire ad sua vota, que impie abiecerunt, bn̄ faceres illis, & tuę pariter & tam famę q̄ꝫ saluti, optime consuleres, sed quia tuo patrocinio illos in crimīe suo roboras & confortas, pāticeps eris omīs mali illorum

Apologia

Sed aduersarij & si nunc moderantur laudes de perfectione, tū aliter re ipa sentiunt. Vendunt eni merita & applicant pro alijs, hoc ptextu q̄ obseruent pcepta & consilia, quare re ipa sentiunt sibi supēē merita

Quid ꝫ aūt sibi arrogare pfectionē, si hoc nō ꝫ?

Deinde in ipa confutatione positum ꝫ, q̄ monastici contendant propius scdm̄ Euang.m viuere. Tribuit igitur perfectionē traditionib. humanis, si ideo propius scdm̄ Euang.m viuūt monachi, quia non hnt proprm̄, qꝛ sunt cęlibes, quia obediunt regulę in vestitu, cibis, & similib. nugis

Responsio

Unde tibi constat queso, nos aliter re ipa sentire, q̄ꝫ loqmur? Tu ne es scrutator cordium, q te constituis Monū & censorem nrm̄?

Sed h ꝫ rō tua, quia vendimus merita, quia aūt hō non facimus, qualis queso es, cū rōē tua falsa & impia?

Cōicare & applicare alijs sua opa, & pro alijs, pium ꝫ & consuetum in ecclia, iuxta supius dicta, de participatione bonorū, quā & sibi psalmista rogauit fieri a deo

Ex hoc aūt q̄ tenemur ad precepta & consilia, & si etiam seruauerimus illa, nō pot concludi, q̄ re ipa sentiamus nobis supēē merita, sicut tu de nobis mentiris, quia & consilia sunt nobis facta pcepta, propter quod rōē

illorū, nil superogationis ꝫ apud nos, quod vendamus
Ut tū de nobis impie & impudenter nugaris

Qui aūt viuere contendit ad p̄cepta & cōsilia, quō
is non contendat propius viuere Euang.? q̄z q ꝯtendit
solum viuere ad precepta? Vellem libenter ex te audire
tam nasuto & arguto homīe

Et quia consilia Euang.ca non sunt ex traditionib.
humanis, ideo mere frasce sunt & larue, que hic ꝯ-
mentaris

Apologia

Item confutatio dicit, monachos mereri vitam
eternam auctiorem & allegat scriptura. Qui reliq-
rit domū ꝛc. Scilicet hic quoqz perfectionē sibi arro-
gat facticijs religionib.

Sed hic locꝰ scripture nil facit ad vitā monasticā
Non n. hoc vult Chrus, ꝙ deserere parentes, coiugem,
fratres, sit opus ideo faciendū, ꝙ mereatur remissione
pecc. & vitam eterna Imo maledicta ꝫ illa desertio, fit
n. cum contumelia Chri, si quis ideo deserat parētes
aut coiugem, Ut hoc ipo ope mereatur remissione pecc.
& vitam eternam

Duplex aūt desertio ꝫ, quedam fit sine vocatione, si-
ne mandato dei, hanc non probat Chrꝰ, Nam opa a
nobis electa sunt inutiles cultus. Clarius aūt hinc ap-
paret Chrm non probare hanc fugam, qz loqtur de de-
serenda vxore & liberis. Scimus aūt ꝙ mandatū dei
prohibet deserere vxorem & liberos

Alia desertio ꝫ que fit mandato dei, videlicet cū co-
git nos ptas aūt Tyrannis cedere aūt negare Euang.m
hic habemus mandatū, Ut potius sustineamꝰ iniuriam
potius eripi nobis patiamur, nō solum facultates, coiu-
gem, liberos, sed vitam quoqz. Hanc desertionem probat
Chrus, ideoqz addit, propter Euang.m, Ut significet se
de hijs loqui, nō q faciunt iniuriam vxori & liberis
sed qui propter confessionē Euangij sustinet iniuriaz

Corpus nrm etiā deserere debemꝰ propter Euang.m

hic ridiclm fuerit sentire, ꝙ cultus dei sit seipsum
occidere, & relinqre corpus, sine mādato dei. Ita ridi-
culū ꝫ sentire ꝙ cultus dei sit deserere possessiones,
amicos, coniugem, liberos, sine mādato dei

Constat igitur

Constat igitur male detorqueri dictum Chri ad Vitam monasticam. Nisi fortasse hoc quadrat, q centuplū in hac Vita recipiūt, plurimi n fiunt monachi, no propter Euang^m, sed propter cūlina & ocū, qui q exiguis p̄monijs mueniunt ampliss̄as opes

Sed Ut tota res monastica simulationis plena ē, ita falso p̄textū testimonia scripturę citant, Ut duplicitер peccent, hoc ē, Ut fallant homines, & fallant p̄textū nomis diuini

Responsio

Non dicit confutatio, quod tu eam nugaris dicere, Sic n ait. Porro professionem ee quandā quasi baptismū & innouationem Vitę, quis iudicabit absurdū, attenta Chri q̄missione Math. 19. Qui reliqrit domū &c centuplum accipiet & Vitam eternā possidebit

Et sequitur. & ergo monachi hmoi Vmendi gne p̄ gram dei sperant se consequi pctoꝝ remissionem, bene faciūt. Nam propterea ad consilia Euang^ca sese astringut q̄ mino impediantur ab obseruatia mādatoꝝ dei

Hic nil habetur de auctori merito Vitę eterne. Nec aliqua p̄fectio singularis, hic statū religioso arrogatur, cūm Verba in genere loquantur de omnib. Christianis ideo nō excludūtur hic religiosi, sed potius includūtur cūm & ipi sint Christiani

Nec nos dicimus Chrm Velle, q deserere pentes &c sit opus ideo faciendum, q mereatur remissionem pecc. & Vitam eternā. Dicimus tm, q si ex grā fiat, mereatur Vitam eternā, & quia grā excludit pctm, tale opꝰ non meretur remissionem pecc. cū illa prius remissa sint in consecutione gratię per pnāz

Duplex autem illa desertio, quā tu hic gmetaris, nil facit ad scopum, qū Chrus nihil aliud Vult Verbis suis q̄ q qui corporalia pro Chro dimiserit, spualia bona recipiet, hic in pnti Vita, q ita excedūt bona temporalia, sicut Centenarius numerꝰ Vnitate, Vitam aut eternā possidebit in futuro, & hoc si ex grā fecerit, quia sine illa nil meritorium ē glorię, Ut sepe dictum ē supra

Quod aut dicis. Nisi forte hoc quadrat &c scribo circa reliquas despectiones & detractiones tuas, quibus tua modestia omnib. nota sit hominib. &c

Apologia

Citatur & alius locus de perfectione. Si Vis pfectꝰ

ee, Vade Vende que habes, & da pauperib. & Veni & seq-
re me

Hic locus exercuit multos q finxerunt pfectione ee
possessiones ac dominia rerum abijcere

Sinamq phos Aristippum pdicare, qui magnum auri
pondus abiecit in mare. Talia exa nihil ptinent ad Chri-
anam pfectionem

Rerum diuisio, dominia & possessio, sunt ordinati-
ones ciuiles approbate Vo dei. in precepto. No furtu facies

Desertio facultatum no habet mandatu aut consi-
lium in scripturis. Nam Euangca paupta non est de-
sertio rerum, sed no ee auaru, non confidere opib., sic
Dauid pauper erat in ditissimo regno

Quare dum desertio facultatum sit mere traditio hu-
mana, b inutilis cultus. Et imodica sunt illa Encomia
in extrauagante, q ait abdicatione pprietatis omn reru
propter deum meritoria & sctaz, & viam pfectionis ee

Et piculosissimu b rem pugnantem, cu ciuili gsue-
tudine, talib. imoderatis laudib. efferre

At Chrs hic pfectionem Vocat. Imo iuria faciunt
textui qui truncatum allegant

Perfectio b in hoc quod addit Chrs, sequere me. Exm
obedientie in Vocatione propositum b. Et quia Vocatioes
dissimiles sunt, ita h Vocatio non b omn, sed proprie ad
illam psonam, cum qua ibi loquitur Chrus pertinet
sicut Vocatio Dauid ad regnu. Abraam ad mactandu
filium suu, no sunt nobis imitande

Vocationes sunt psonales, sicut negocia ipa variat
temporib. & personis. Sed Exm obedientie b gnale

Perfectio erat futura illi iuueni. si huic Vocationi
credidisset & obediuisset. Ita pfectio nobis b, obedire vnu-
quemq vera fide sue Vocationi

Responsio

Recte citatur locs ille de perfectione reqrete pmiu
dicente Petro Math. 19. Ecce nos reliqmus omia. & se-
quuti sumus te, quid ergo nobis erit? Et rndit ei Vna
cum ceteris. de premio, Vt habetur ibidem

Abiecerunt autem apostoli ea q habuerat Vtcumq
modica, & si plus habuissent, etiam plurib. renunciasset
Quid autem de phis dicis, cu hij Chrm no sit secuti? ut

Desertio igitur facultatu, & si non habeat madatu
quo ad lram in scripturis (quauis bn quo ad spm) habz

tamen Exm in illis, in aplis & in Chrianis primitię ecclię in hierosolymis, Ut habet historia actuū aplorū quam scripsit Lucas. habet etiam consiliū, qr i iuuene Veniente ad Chrm Math. 19.

Scribitur Lucę 14. Qui nō renūciauerit omib. que possidet, non potest meus ēē discipulus, hoc preptū in primitiua ecclia hierosolimitana tenebat et obligabat ad lram, Ut patet de Anania & Saphira Uxore eiꝰ Act. 5. At multiplicatis fidelib. ampliꝰ non obligabat ad lram, sed tm ad spm, ni in Votiuis, q̄les sūt religiosi ꝛc

Surrexerunt quidam heretici, q Apostolici dicebantur Volentes semp ad lram obligare, quos dānauit ecclesia, At nostri Euangelici Volunt nunc nō obligari Votiuos ad lram, quod tu insinuas, qn dicis. Euangca paupertas nō ꝫ desertio rerum, sed non ēē auarū ꝛc quasi Votiui similes sint Dauid & Abraę, q tale Votū non fecerunt

Quo colligitur, desertionem facultatum, non ēē mera traditione humana, Ut tu dicis, cū Exm & consiliū habeat in scriptura. Et ideo nimia nō sunt Encomia abdicationis rerū, in extra Vagante, qn fit ex gra ꝛc

Et quis allegat textum truncatum? Allegādum ne ꝫ totum caput Math. 19. ad hanc rem? Ondas qualem truncationem hic ꝯmiserimus. At tibi dicere satis ꝫ qn non requiritur ex tanto Theologo aliqua probatio, q alter Pytagoras ꝫ, cꝰ discipulis suffecit dicere, Ipe dixit

Que autem hijs anectis tua sunt ꝯmeta, ex tuo cerebro fluentia, Vel Lutheri tui, sine scriptura & sine ratione, quapropter ipa missa facio

Apologia

Tertio. In Votę monasticis promittitur castitas. Supra aut diximus de ꝯiugio sacerdotū, non posse Votis aut legib. tolli ius naturę in homib.

Et qr nō oes hnt donū ꝯtinētię, multi ꝓpter imbecillitatem infoeliciter ꝯtinent. Neqꝫ Vero ulla Vota aut Ullę leges pnt abolere mandatum spūs. Propter fornicationem unusquisqꝫ habeat Uxorem suam. Quare hoc Votū non ꝫ licitum in his q nō hnt donū ꝯtinentię, sed propter imbecillitatem contaminantur

De hoc toto loco satis supra dictum ꝫ, in quo profecto mirum ꝫ, cum Versentur ob oculos picta et scandala tn aduersarios defendere suas traditiones, contra mani-

festum dei preceptum

Nec comouet eos vox Chri, qui obiurgat phariseos, qui traditiones contra mandatum dei fecerant

Responsio

Verum est in votis monasticis promitti castitatem nec votis tollitur ius naturę in hoib., sed quid vis ex hijs inferre? ipe n. nihil video quod inferas

Verum etiam est, non oes habere donum continentię, sed quid tum? ideo ne votum continentię non est seruandum?

Verum etiam est, nulla vota & nullas leges abolere mandatum spus sancti. At quod tu ex Paulo citas, Propter fornicationem scz etc non aufert libertatem arbitrij, qn scdm hoc possit homo renunciare iuri suo, de libertate ducendi vel non ducendi vxorem. Non igitur mandat spus sanctus illis ducere vxores, qui votum continentię fecerunt sed mandat illis, Ut reddant votum suum deo, quod illi fecerunt

Votum aut hoc licitum est, alias nec Chrus nec Paulus consuluisset perpetuam continentiam, que si illicita eet, non caderet sup ipam votum, quod debet ee possibile & cadere sup re licita

Etiam votum hoc licitum est in non habentib. donum continentię. Qm absqz hoc dono non vouerunt ex animo & si sua culpa pdiderunt, orent deum pro recuperatione eius, si fuerint in statu reqrenti continentiam. Si autem non ex animo vouerunt, imputent sibi stulticiam suam qm ecclia de occultis non iudicat. At fusius de re hac scripseram in dialogo de matrimonio sacerdotum etc Ubi videatur si cui placuerit

Verum est te de hoc toto loco multa supra dixisse. an aut satis & vere, non inuenio. At mirum est te tam debilib. roib. in hac re contendere, quib. nil probas, sed tua imperitia prodis

Et quid qd ob oculos versantur picta & scandala? ideo ne agendum est contra vota, q lege diuina sunt seruada?

Non defendunt aduersarij suas traditiones, sed legem diuina de votis seruandis, qua legem homo non tulit, sz deus, Ubi aut est hoc manifestum dei preceptum, con quod aduersarij defendunt suas traditiones? dicas velim, qn ipe hoc non video, & si videam limpidissime nugas

tuas tam densas. Ut palpari possint

Verum ꝫ Chrm̄ obiurgasse phariseos ob traditiones q̄ dei mandatū militantes. Math. 15. Ubi aut̄ aduersarij tui hoc faciant, nondū ondisti, nec Unq̄z ondes, futilib. quidē verbis agis, at illis nihil contra nos proficies

Apologia

Quarto liberant hos q̄ viuūt in monasterijs impij cultus, quales sunt prophanatio missę, ad quęstum collatę pro mortuis. Cultus sanctorū, in q̄bus duplex Vicium ꝫ. Et q̄ sancti in locū Chri surrogantur, & ipie coluntur

Sicut finxerunt Domicastri rosarium B. Virginis, q̄d ꝫ mera battologia, nō mīꝰ stulta q̄z impia, Vanissimam fiduciam alens. Deīn hę ipę impietates tm̄ conferūtur ad quęstum

Item Euang. de gratuita remissione pecc. propt Christum, de iusticia fidei, de Vera pnia, de operib. que habet mandatum dei, neq̄z audiūt neq̄z docent, sed Versantur aut in philosophicis disputationib. aut in traditionibꝰ Ceremoniarū, que obscurant Chrm̄

Non hic dicemus de toto cultu illo, Ceremoniarum de lectionib., cantu & similib. rebus, q̄ poterant tolerari, si haberentur pro exercicijs, sicut lectiones in scholis, quarū finis ꝫ docere audientes, & inter docendum aliquos cōmouere ad timorem aut fidem

Sed nunc fingunt has Ceremonias ēē cultꝰ dei q̄ mereantur remissione pecc. ipis & alijs. Ideo n. auget has Ceremonias

Q̄ si susciperent ad docendos & adhortandos auditores, breues & accuratę lcōnes plus ꝓdessent q̄z illę infinitę battologię. Ita tota Vita monastica plena ꝫ hypocrisi, & falsis opinionib.

Ad h̄ omnia accedit & hoc ꝑiclm̄, q̄ qui sunt ī illis collegijs coguntur assentiri persequentib. Veritate

Multę igitur graues & magnę rōes sunt, q̄ liberant bonos viros ab hoc Vitę genere

Responsio

Non sunt impij cultꝰ in monasterijs, sed in tua ecclesia coprotina, hoc ꝫ, stercoraria sunt illi, quia ꝓphanatio missę ꝑ trūcatione & Vernaculam cantionem

& id genus alia

Apud nos sancti in locu Chri no surrogantur, sed in tua ecclia Belial & Sathanas in locu illius ponuntur Nos pie colimus sanctos, quia ut in illis laudemus deu Vos aut impie colitis Belial & Sathana, in hoc q iugum obedientie ecclesiastice abiecistis, & reluctamini doctrine Catholice, ac aduersamini Vere fidei & Vite & quomodo tibi placent ficus ille

Domicastri, hoc 6. pdicatoru ordinis fres, quos dicis finxisse Rosarium, boni fratres sunt. Si tradiderunt rosariu orandu in laudem gloriose Virginis Marie, quid queso mali comeruerunt. Tu Battologus per totum hunc libellum, piam orone battologiam Vocas impiam quoq & stulta, in quo no minus impius es in Chrm qz in mrez eius. Quod indubie inultu no diu relinquetur. Tu in altu lapides proijcis, Vide ne i caput tuum illidendum cadant

Si quis deuote honorauerit Chri mrem, mox tibi Vanissima alit fiduciam, qua impietate Vocas & trasfers ad questum, quod an pium sit, deo placitu, ac tibi salutiferum, indubie suo tempore inuenies & expieris. Non sunt auditi ab inicio nascentis ecclie aliqui heretici, qui tam impie, tam procaciter & insolenter nc no impudenter, ausi fuerint loqui in Virgine gloriosam Chri matrem, sicut tu cum tuis alumnis facere nec erubescitis nec timetis. Nescio quod demoniu Vos obsederit, Vel que dire & furie Vos agitent, Ut ferre no possitis deum laudari in sanctis suis, & maxime in mre sua, cui magna fecit, Ut ipa profitetur in cantico suo

Nugaris impie, nos Euangm de gratuita remissione pecc. propter Chrm ic nec audire nec docere, cum fideliter & vere hoc doceamus, qn Vos apostate fidei, illud adulteratis, & pessime ad psidia Vram torquetis

Et que sunt ille philosophice disputationes, quib. occupamur, & traditiones Ceremoniarum q obscurat Christum. Proferas queso aliquas, Ut videatur tame qz culpabiles simus. An putas sufficere h te in nos di-

cere? Et quis scurrarū & pastillophororū idem nō posset, & longe te conquisitius? Eia q̄ egregiū tutorem habent pri-cipes Lutherani suę confessionis, qui nō alijs agit, q̄ me-ris nugis, strophis, & technis, technites talis, cui similem nūq̄ vel habuit vel vidit orbis

Sed nunqd Rabula docere habet spūs. quō Christi regat ecclesiam in dei cultu, in cantu, in lectionib. in Ceremo-nijs; & id genus alijs, & fine illis p̄scribere alium a laudi-bus dei?

Non fingimus nos Ceremonias ēe cultus dei, q̄ me-reantur remissionē pecc. sed tu hoc in nos impie & im-pudenter mentiris, quia remissio illa, ut sepe dixi, fit p̄ grām, q̄ non cadit sub merito nostro, ad Rho. 11. alias enī grā, ut Paulus dicit, nō eēt grā

Et quis tam placidus tandem ęquo feret animo tot & tantas nugas, quib. in nos ludis? persona qd̄ serenda ꝫ & diligenda, hoc iubente deo. At nugę tam turpes nō itid̄ qn̄. b. Gregorio authore, vicijs tenemur districtionem

Et quis unq̄ audierat impudentius mendacium, q̄ in collegijs illis cogantur assentiri p̄sequentib. verita-tem? Pro me loqui audeo, nec aliud vidi apud alios, q̄ hmōi nūq̄ apud me ꝫ attentatū, nec acquievissem ex-actori, si quis fuisset, q̄ hoc apud me attentasset. Certe nisi totus insania & furore correptus ēēs, hec calamo nō mandasses

Sed ut intellige. hec sunt q̄ mouerūt exiticios mo-nachos tuos renunciare Cenobijs suis, & vitę mona-sticę, ut potius Sathanę militent, q̄ Chrō

Apologia

Postremo multos liberant ipi Canones, q̄ aut illecti artib. monachorū, vouerūt sine iudicio, aut coacti ab a-micis, vouerunt. Talia vota ne Canones quidem p̄nū-ciant ēe vota

Ex his omib. apparet, plurimas ēe cās que docent vota monastica, qualia hactenus facta sunt, nō ēe vota, Quare tuto deseri pōt vitę genus plenū hypocrisis & fal-sarū opinionū

Responsio

Si quos liberant Canones a votis, qd ad nos? q̄ Cano-nib. non contradicimus, sed illos in suo robore permittimꝰ

Si quos aut̃ talium Canones rursum ligant, Ut eos, q Ultra professionis annum longa sua pmanentia, ordinem quez ingressi sunt, probant, et fctm̃ suũ ratificant tempore, De his tu nihil dicis

Et quid tibi videtur de tuo Luthero? An ne Canones eũ liberent, qui maior Viginti ãnis, religionẽ vouit, suscepit, probauit, ac multos annos post suam professionem in illa remansit, pdicauit, docuit, gradũ magisterij suscepit, & tandem Cucullũ abijciens Uxorem duxit monialem, cum qua incestuosa scortatione subat in Venerem?

Quid amplius dicam? coactus ne ille ab amicis vouit, & ordinẽ intrauit? minime certe, qn̄ inuito pr̃e hoc fecit, & amicis suis. Possem & alios tibi referre, sed consulto illos ptereo

Quib. liquet cãs tuas quas profers non oĩa irritare Vota monastica. Ideo id genus Vitę non pot̃ tuto deseri, nc plenũ ꝫ hypocrisis, & falsarum opinionũ, sed tuũ patrocinium, quod monachis exiticijs impendis plenũ ꝫ impitia, nugis, hypocrisi, & falsis ac impijs opinionib., Ut liquet ex dictis. Quib. misellos illos seducis, & in Apostasia sua retines & ꝯfirmas

Apologia

Hic obijciunt ex lege Nazareos, sed qui nõ suscipiebant Vota sua cum his opinionib., quas hactenus diximꝰ nos reprehendere in Votis monachorũ

Nazareorum ritus erat exercitiũ, aut ꝓtestatio fidei coram hominib. Non merebatur remissionez pecc. corã deo, Non iustificabat coram deo

Deĩ sicut nũc circumcisio, ac mactatio Victimarũ non eẽt cultus, ita nec ritus Nazareorum nũc debet ꝓponi tanquam cultus, sz debet iudicari simpl' adiaphoron

Non igitur rcte confertur monachatus, sine Verbo dei excogitatus, Ut sit cultus q mereatur remissionez pecc. & iustificationẽ, cũ ritũ Nazareorũ q habebat vm̃ dei

Nec traditus erat in hoc, Ut mereretur remissionẽ pecc. sed Ut eẽt exercitiũ externũ, sicut alię Ceremonię legis. Idem de alijs Votis in lege traditis, dici pot

Responsio

Nec nos suscipimus Vota nostra cum his opinionib. quas falso nobis hactenus asscripsisti, de remissione pecc. et iustificatione

Et ritus noster ꝫ exercitiũ. & protestatio consiliorũ

Euangelicorū coram hominib. Nec meretur remissione pecc. coram deo, quo ad culpam, nec iustificat corā deo, cum hoc sola faciat grā quam Chrus nobis meruit sua morte, & q non cadit sub merito nro

Iudices tu ut velis ritum Nazareorū, qd ad nos? Qui vitam monastica dicimus ee pnunciatam et figurata no solis votis Nazareorum, & congregatione filiorum prophetarū helie & helisei, sed etiam ab Esaia, q eam predixerat, cum cap. 19. dicit. In die illa (scz Euangelij) vota vouebunt domino & soluent, & placabitur illis & sanabit eos

Quomo aut vita monastica inspirata sit prib. sctis & fundetur in consilijs Chri, diffuse continet confutatio confessionis principum, ubi videatur

Rcte propterea confertur monachatus cū ritu Nazareorum, qz non meretur remissione pecc., ut dictum b, & habet fundamentū ex verbo dei, & consilijs Chri. Et quid toties repetis hanc larua tuam de remissione pecc. cum hoc tuum sit comentū non nrm?

Apologia

Allegantur & Rechabite, qui nec possessiones habebant ullas, nec vinū bibebat, ut scribit hieremias cap. 35.

Scilicet pulchre quadrat Exm Rechabitarū ad monachos nostros, quorū monasteria supant palatia regū, qui lautissime viuūt. Et Rechabite in illa oim rerū penuria tamen erant coniuges

Nri monachi cū affluat omib. delicijs pfitetur celibatū

Ceterū Exa iuxta regula, hoc b iuxta scripturas certas & claras, no contra regulam, seu contra scripturas interptari conuenit

Certissimum b aut obseruationes nras no mereri remissionem pecc. aut iustificatione. Quare cū laudantur Rechabite, nccē b eos morem suū non ideo seruasse, qd sentirent se p eū mereri iustificatione, aut opq ipm cultū esse iustificantem, aut propter que consequerentur vita eterna, non p miaz dei, propter semen pmissum, sed qz habuerūt mandatū parentū, laudatur obedientia, de qua extat preceptum dei: honora patrem & matrem

Deim mos habebat finem propriū, qz pegrini erat, no Israelite. Apparet patrem voluisse eos certis notis discernere a suis popularib., ne relaberentur ad impietatem popularium. Volebat his notis eos admonere doctrine fidei & i-

mortalitatis, talis finis ꝫ licitus

At fines monasticę longe alij traduntur. Fingunt opa monastices cultus ee, fingunt ea mereri remissionem pecc. ac iustificationem

Est igitur dissimile monasticę Exm Rechabitarum, Ut omittamus hic alia incomoda, q heret in pnti monastica

Responsio

De Rechabitis aliud non habet confutatio, qz q deus vota illorum approbauit, qui vouerunt non bibere vinum. Et si illis licuit vouere hoc, & carentiam possessionum ꝛc Ut apud hieremiam legitur, cur non liceret similiter Christianis vouere? ꝛc

Sed quid tu infamas palatijs regum, & lauticijs, nos? Sed hec ꝫ probitas tua, qua patrocinaris monachis tuis exiticijs, qui qz amplius habitare noluerunt in palatijs regum nec indulgere lauticijs, ideo iuste decurrerunt, ne sanctitatem suam Cypriacam, splendore mansionum, & lauticijs polluerent. Et quia Rechabitę coniuges erant & in tabernaculis vilib. morabantur, ipi recte secuti sunt illos, no monachi nostri, qui delicijs affluunt, & profitentur cęlibatum Et qd tibi videtur pie lector, de tam candido patrocinio?

Non inficiamur aut nos scripturam non ee interptanda contra scripturas, quia scripturę sibi consonat in vero earum sensu, cꝰ author ꝫ spiritus veritatis, qui non dissonat sibi

Et certum etiam apud nos ꝫ, obseruationes nostras no mereri remissionem pecc., nc iustificationem, quapropt nugis frascosis ludis, que nec spem hnt neqz colorem. Et quando semel vis cessare ab illa laruali pugna tua, qua aduersarijs tuis nil noces, sed teipm infamas, & impitum declaras? Si monachi exiticij non hnt alium patronum, qz te, sunt neglecti. Tu enim parum iuuabis eos nugis tuis, quib. strepis tanqz anserculꝰ strepens in ptereuntes in tuitionem suę prolis

Nec negamus finem Rechabitarum fuisse licitum. Q aut finis noster sit illicitus nondum probasti. Non fingimus nos sed tu nugaris nos fingere, cultꝰ monasticos mereri remissionem pecc. & iustificationem. Quapropter figmentum quod nobis asscribis, tuum ꝫ, no nrm, quod quia ta sepe repetis, & tam sepe in nos nugaris, aliud nil facit, qz q te

declarat magnū battologū & nugaculum

Apologia

Citant ex priore ad Timo. c. 5. de Viduis q̄ servientes ecclie alebantur de publico, Ubi ait. Nubere volunt habentes dānationē, quia primā fidem irritā fecerunt

Primū hic fingamus aplm de Votis loq, tn hic locus nō patrocinabitur monasticis Votis, q̄ fiunt de impijs cultib. & hac opinione, Ut mereantur remissionē pecc. & iustificationem

Paulus n. tota Voce damnat omēs cultus, omēs leges omnia opa, si ita obseruentur, Ut mereantur remissionē pecc., aut Ut propter ea consequamur Vita eternā non propter Chrm p nūaz

Ideo nccē ꝫ Vota Viduarū, si qua fuerūt, dissimilia fuisse Votis monasticis

Preterea si non desinat aduersarij detorquere locum ad Vota, detorquendū erit eodem hoc quoqz, qz Vetat eligi Viduam minorem annis sexaginta, ita Vota ante eam etatē facta, erūt irrita. Sed nōdum norat ecclia h Vota

Itaqz damnat Paulus Viduas, nō qz nubūt, iubet n. nubere iuniores, sed quia publico sumptu alite lasciuiebant, ideoqz fidem abijciebant. hoc Vocat primā fidem, scz nō Voti monastici sed Chrianismi. Et hoc mō fidem accipit in eodem capite. Si quis proprios, & maxime domesticos nō curat, fidem abnegauit

Aliter n. de fide loquitur qz Sophiste. Non tribuit fidem his, qui hnt pctm mortale. Ideo dicit hos abijcere fidē q non curant propinquos. Et ad eundem modū dicit, mulierculas petulantes fidem abijcere

Responsio

Non ꝫ nccē, Ut fingas aplm hic de Votis loq, qz Vere de illis loqtur. Quia Vidue que assumebantur in diaconissas Votum cōtinentie habebant pmittere, Ut diffuse exposui ī Dialogo de mrimonio sacerdotum ꝛc

Et b. Aug. exponens illud Pauli, habetes dānationem qz primam fidem irritā fecerunt, dicit. Fracta fides Voti damnatur. Cur ergo non prōcinetur hic locus monasticis Votis, nō video. Que non fiunt de impijs ꝛc Ut tu nugaris Nec hac opiniane, Ut mereantur remissionē pecc. ꝛc

Sed satis ꝫ tibi laruas tuas repetere cōmenticias, quas cū produxeris, licet falso, contra nos, satis Vicisti

Non damnat Paulus omnes cultus & opa, que fiunt ad merenda vitam eterna, ~~Ut sepe~~ quia que fiunt ex gra, merentur vitam eterna, Ut sepe dictum est huc usque. Non est igitur necce vota viduarum fuisse dissimilia voto continentie in monachatu

Quam ridiculum aut sit hoc, de vidua non minori sexaginta annis, quis non videt? Cum an preceptum Pauli etiam iuniores vidue eligerentur. Damnat igitur Paulus viduas votivas non solum quia nubunt, sed etiam volentes nubere, dato quod coniugium non sequatur, Ut dicit b. Aug. Ideo nugis agis, Ut comenta tua fuces

Quod autem Paulus iubet iuniores viduas nubere, hoc facit de his que non voverunt adhuc perpetua continentia, que aut hanc voverunt, & nubunt, vel nubere volunt, prima fidem, hoc est fidem voti, frangunt, In quo quis non libentius credit beato Aug. quam commentis tuis nugosis, futilib. & inutilib.?

Accipit Paulus fidem in eodem cap. qn dicit. Si qs aut suorum et maxime domesticorum cura non hz, fide negavit, pro fidelitate qua quis hre debet ad personas dictas, qua negavit facto, debitum auxilium eis detrahendo, Ut exponit Lyra. Quam fidem, hoc est, fidelitate promissionis sue, vidue votive frangunt & abiiciunt, qn nubunt, vel nubere volunt

Quomodo aut aliter loquatur Paulus de fide, quam Sophiste, nondum video. Quod aut addis Paulum non tribuere fidem his, qui hnt pctm mortale, conceditur de fide formata, sed non de fide informi, quia hec remanet cum pcto mortali. Quo patet te de fide descendere in fidem, quia de fidelitate in incredulitate, quod eorum est, qui sermones suos involventes, obscurant

Apologia

Percurrimus aliquot nostras roes, & obiter diluimus ea que adversarii obiiciunt. Et hec collegimus non solum propter adversarios, sed multo magis propter pias mentes, Ut habeat in conspectu cas, quare improbare debeant hypocrisim & fictos cultus monasticos, quos quidem totos hec una vox. Chri abrogat, cum ait. Frustra me colunt mandatis hoim

Quare vota ipa, & observationes ciborum, lectionum, cantuum, vestitus, calceorum, cingulorum, inutiles cultus sunt cora deo

Et certo sciant omnes pie mentes simpliciter pharisaica & damnata opinione esse, quod ille observationes mereantur remissionem pecc., quod propter eas iusti reputemur, quod propter eas consequamur vita eterna non per miam propter Chrm

Et nec ꝙ sanctos viros, qui in his vitę grib. vixerũt abiecta fiducia talium observationũ dicisse, q remissioez pecc. propter Chrm gratis hrent. q propter Chrm p mi sericordiam consecuturi sent vitam eterna, non ꝓpter illos cultus

& dus tm approbet cultus suo verbo institutos, qui valeant in fide

Responsio

Percurristi aliquot rationes vras, sed frustra. Et plus illis infirmasti causam tua, qꝫ probaueras eam

Nihil autem horum vere dilmisti, q aduersarij objcint confessiom principũ tuorũ, p te grnata, sed nugas tuas addidisti nugis, quib. gtendunt & stepunt, q malo hnt caz

Nihil aduersarios tuos mouent nuge et comenta tua quib. nitl eorũ prosternis. sz oia luculentiora & gspeciora redde

Pię autem mentes impietatę professorem & mgrm no audiunt, sed tanqꝫ sal insatuatm foras mittunt, Ut conculcetur ab hominib. Math. 5.

Non ꝙ apud nos hypocrisis, quia imphent pię mentes nec fictus cultus, sed veritas & doctrina catholica, cu cultu dei, in ecclia sua consueto, Quid aut in tua ecclia coprotina sit, & quid in ea agatur, crebro tibi hactemis dixeram

Nuge aut sunt atqꝫ comenta tua, q scriptura no intelligis, hac Christi voce vnica, qua dicit ille, frustra me colt mandatę hom, abrogari totos cultus monasticos: qa cultus monasticus quo ad ea q respicint vota monastica, fudamẽtũ hz scripturę & consiliorum Euagelicoꝝ, vnx supig dicta

Quando Chrus Math. 15. dicit. Sine ca colunt me docentes doctrinas & mandata hom, his verbis loquitur contra scribas & phariseos, qui propter suam auariciam docebant transgredi mandatum dei propter traditionem suam, Ut claret in falsa interpretatione eorũ illig pcepti de honoratione parentum, Ut patet ibidem

Mandatis aut hominũ, que non sunt contra mandata dei, quib. queritur & promouetur gloria dei, & profectus salutaris fidelium, non frustra colitur dus, alias frustra laborarent rectores ecclesię, quib. spus sanctus comisit regimen illius, quo ad cultum dei. Act. 20. & ꝙ consequens frustra spiritus sanctus illos preficeret ecclesię Christi, quam is acquisiit sanguine suo

Sed quia de re hac multa hactenus dixeram, nolo hic longior ee

At miselle, quid repetis iterū antiquā larua tua de merito remissionis pecc. & iustificationis, qn̄ nemo tibi in hac re repugnat? Et contra quos queso hac larua pugnas? num clausis oculis Andabatico more pugnas, cum non videas quo cum certes & pugnes? Et quando semel finis erit illarū laruarū? Num illę declarant te matteologū & battologū ēe ac sine fine mordacem? Mordes quidem incessanter, & nescis quem mordeas

Sancti viri religiosi nō ignorauerunt consecutionē remissionis pecc. Simul etiā nouerunt omē opus bonū ex gratia fctm̄ esse meritoriū glorię, ideo cultus illos pariter norunt sic meritorios esse, si ex grā dei fierent, que forma virtutū & radix merendi

Non tm̄ approbat deus cultus suo vō institutos, ut tu nugaris, sed etiam eos, qui ex instinctu spiritus sancti sunt instituti, qui est illuminator & director ecclesię, quo ad cultum dei in illa, qui cultus valet in fide Catholica, in tua autem fide commenticia prorsus nihil valet, sed edificat ad Tehennam

Articulus Quintus

Est de potestate Ecclesiastica

Apologia

Vehementer hic vociferantur aduersarij de priuilegijs & immunitatib. ecclesiastici status

Et addunt Epilogum. Irrita sunt omnia, q in pnti articulo contra immunitate ecclia & sacerdotu inseruntur

Hec ꝫ mera calumnia. Nos n. de reb. alijs in hoc articulo disputauimus. Ceterum sepe testati sumus, nos politicas ordinationes & donationes principum, & priuilegia no rephendere

Sed utinam vicissim audirent aduersarij querelas ecclesiarum & piarum mentium, dignitates & opes suas, fortiter tuentur aduersarij, interim statum ecclia negligunt Non curant rcte doceri ecclias, & sacra^ta rite tractari

Ad sacerdotium admittunt quoslibet sine discrimine. Postea imponunt onera intolerabilia, quasi delectentur exitio alioꝝ Suas traditiones longe accuratius seruari postulant, q̃ Euangelium

Nunc in grauissimis & difficillimis controuersijs, de quib. populus misere cupit doceri, Ut habeat aliqd certi quod sequatur, no expediunt mentes, quas dubitatio acerbissime cruciat, tantum conclamant ad arma

Preterea in reb. manifestis decreta sanguine scripta proponunt, q minantur horrida supplicia hominib. nisi manifeste contra mandata dei faciant

Hic vicissim oportebat vos videre lachrimas miserorum & audire miserabiles querelas multoꝝ bonoꝝ hom, quas haud dubie respicit & exaudit deus, cui aliquando rationem procurationis vestre reddituri estis

Responsio

Quam vehementer hic vociferentur ac clamet aduersarij tui de priuilegijs ꝛc ipe nondum audiera ab eis, Si aut Episcopi ecclesie Christi rectores qrulantur de violentia q fit ipis in iurisdictione sua, no erit iniusta illoꝝ querela

Et quid tibi videtur de Epilogo, quem dicis eos addere? Num is satis firmatus ꝫ iure tam Canonico q̃ imperiali? Sꝫ forsan hoc tu cum tuis parum curas, quia subee non vultis traditionib. humanis. Nil n. recipitis, nisi a lege diuina emanauerit

Cum aut politiam in Chrianismo recipiatis & hanc a verbo dei emanare dicatis, non video quo Canones & Im-

periales leges possitis abijcere, cū his politia Chrīanismi in-
struatur et dirigatur. Sed h̄ ꝫ mera calumnia tibi, si quis ꝯ-
queritur de vi sibi a vobis illata

De quib. autem alijs reb. in hoc articlo disputastis, satis
docet confessio principum, que hic videatur

Fateor aut ego vos sepe testatos ēē, quō nō rep̄hendatis
politicas ordinationes ꝛc. At illa protestatio vestra vocalis
non consonat rei, qua manū mittitis in iurisdictiones
Ep̄orum & aliorū spūaliū prelatorū

Sed quid imprudens ego nūc dica, qn̄ audio te per ad-
uersarios tuos intelligere Ep̄os, ecclie rectores, cū hactenꝰ
eos qui confutationem scripserunt confessionis principū
accepisti? Propter quos tam acriter in monachos inuectꝰ
es, quia plurimi illorū erant monachi. Si aut nunc
Episcopos cū illis vis inuoluere, ac p̄iter illos facere mo-
nachos, nō possum ipe te prohibere, cum tuis, q grādi-
ora hactenus fecistis, quia ex sūmo pontifice fecistis An-
tichrm̄, & ecclīaz Catholicam fecistis idolatrā & magnaz
Babilonis meretricem

Et quas queso ecclias audire hūt Ep̄i, nī suas? In
quib. si q̄relę fuerint, benigne illas audiunt, & consulūt
eis. At ecclias tuas, que a Chrīanismo defecerūt ad Lu-
theranismū, a sūmo pontifice dānatū, nc nō ab Imp̄ato-
re & principib. ac statib. regni Rhomāi, cur audirent,
qn̄ eis obedire detrectant & detrectauerunt?

Episcopos ecclie Chri rectores, tueri dignitates & o-
pes suas, quis improbare habebit, cū hoc eis p̄mittat ius
tam diuinū q̄z humanū?

Q aut interim statū ecclīarū negligāt ꝛc. citra ca-
lūniam in illos dici neqt, qua repellendam ipis relinquo
qn̄ ipe me nō satis idoneum ad hoc inuenio. Scriptura
decernit illis honore & reuerentia, quantū aut honoris
& reuerentię tū illis impendas, satis docent nugę & ca-
lumnię tuę, quib. incessis illos, & insolescis in eos

Sed dicas q̄so, quis cōtrouersias illas, de qb. loqueris
excitauit, nī tuus Lutherus, cꝰ tū subsidiarius nūc es?
Ecclīa dei satis quieta fuit ante vos, q semen discordię se-
minastis i illā, quod ortū hūc fecit fructū, de q̄ q̄rularis

Satis certum habuit populus quod sequeretur. At vos
illud incertum fecistis, et vniuersum turbastis poplm̄.
Nūc aut videntes insipientiam vrāz, pro more vrō

culpam in Epos nitimini retorquere. Cur no illos consuluistis aunq talia in ecclia dei attentaretis? Et quis vobis ecclesie regimen comisit, q no missi cucurristis & hodie curritis?

Fecerunt Epi quod suu erat. Conuenerunt .n. in Comicijs Augustanis cum Imperatore, principib. & statib. regni ad consulendum rei huic, & turbationi, qua excitastis vos in Germania. At q noluerunt eos audire vos eratis ut tibi optime constat, quia vnus eras ex illis, q nunc clamas in illos, detrahendo eis, qz apud doctrinaz Catholica remanentes (ut eos decebat) tuam ac tuoru impietatem ac pfidiam noluerunt approbare, qua si approbassent, mox dignissimi pontifices, quib. similes nunq habuisset mudus, a vobis predicati & pclamati fuissent

Nunc aut, qz apud veritatem manserut, & figmenta ac comenta vra contra doctrina Catholica cofutari & explodi fecerunt, ideo nunc tibi dignitates & opes suas tueri dicuntur, & statum ecclarum negligere

Etiam suas traditiones longe accuratius seruari postulant, qz Euang.m, & ad arma conclamat, & decreta sanguine scripta proponut, & horrida supplicia minantur. nisi contra mandata dei agatur

Et quis unq audiuit in rctores ecclie, quos illi spiritussanctus dedit Act. 20. tanta lingue petulantia, tantaq pessime infamationis & detractionis virulentia, exerceri ab homine ingratissimo? Num ingratissimus tu inueniris, q in Comicijs Augustanis caniculę instar currebas ad Epos, blandiendo illis, magnaq pollicendo de remissione & desertione vre pfidie, si duntaxat tria vobis pmitterent, de quib. alibi scripseram?

